

HISTORIA

IACOBITARVM

SEV

COPTORVM,

IN AEGYPTO, LYBIA, NVBIA, AETHIOPIA TOTA ET PARTE CYPRI INSVLAE HABITANTIVM.

OPERA

IOSEPHI ABVDACNI, SEV BARBATI,

NATI MEMPHIS, AEGYPTI METROPOLI.

LIBELLVM RARISSIMVM
RECVDI CVRAVIT,
PRAEFATIONE, VITA IACOBI BARADAEI ET NOTIS
AVXIT

IO. HENR. A SEELEN,

SS. TH. LIC. ET GYMN. LVB. RECT.



LVBECAE,
SVMTV IONAE SCHMIDII,
A. MDCCXXXIII.

VIRO

MAGNIFICO, ILLVSTRI AC CON-
SVLTISSIMO,

DOMINO

ZACHARIAE CONRADO
AB *VFFENBACH*,

INCLYTAE REIPVBLICAE FRANCOFVR-
TANAE CONSVLI MERITIS IMMOR-
TALIBVS CONSPICVO,

*PATRONO SVO REVERENTIS-
SIME COLENDO,*

S. P. D.

IO. HENR. A SEELEN.



Qui Te, VIR MAGNIFICE, ſaeculi noſtri MAECENATEM celebrant et venerantur, eorum iuſto et Te digno praeconio tam lubenter ſubſcribo, quam immerito favorem Tuum plane ſingularem et ego ſum expertus. Equidem iam habuiſſem, quod mihi vehementer gratularer, ſi

ſolis

ſolis literis elegantiſſimis, manu Tua humaniſſime ſcriptis, quas cimeliis cum cura aſſervandis recte me accenſere arbitror, me honorare Tibi placuiſſet. Sed voluiſti etiam meam ſupellectilem librariam augere monumentis, quae quoties intueor, quoties vſurpo, toties video benevolentiae Tuae certiſſima documenta. Quam vero ea mihi ſunt in deliciis, tam valde ad gratias decentiſſime agendas me excitant et in-


inflammant. Accipe eas, VIR ILLVSTRIS, et pro benignitate Tua permitte, vt Tuam benevolentiam non verbis ſolum, ſed re ipſa quoque demonſtratam, publice praedicem. Vtinam modo dignis eam laudibus poſſem efferre! Aſt hic viribus me deſtitutum cerno, ſpero tamen, fore, vt ſi parum cumulate gratias egero, non meae voluntati, ſed praeſtantiae muneris Tui tribuas. Ego interim in Te venerando

randó ac ſuſpiciendo cedam nulli. Te, inquam, PATRONO literarum et literatorum PVBLICO, quibus inſtructiſſima Tua Bibliotheca, cuius copiam et apparatum nemo non demiratur, inſigniter profuit, et, quin in poſterum quoque profutura ſit, non eſt dubium: Te, altero PEIRESCIO, ſiquidem tantum es literatae Germaniae, quantum ille Galliae, ornamentum: Te, vt paucis multa dicam, et repe-

tam, quod Tibi omnino imponendum, nomen, vero MAECENATE. Habet ſane in Te illuſtre decus inclyta Reſpublica, cui cum ſumma Conſulis dignitate laudatiſſime praees, Francofurtana: habet Germania: imo vero habet totus orbis literatus, in quo nomen Tuum permagnum eſt, gloria ac fama erit ſempiterna. Quis proinde, cui literae ſunt curae cordique, mecum non optabit, vt diutiſſime ſis ſuperſtes, et perpetua

petua fruaris proſperitate? Vivat itaque, et feliciſſime vivat, VFFENBACHIVS, quod ſolum nomen vti cuncta complectitur laudum argumenta, ita quoque ſufficiat ad exprimendum omne, quod felix, fauſtum, fortunatum, imo fortunatiſſimum! Quam incognitus vero permultis eſt IOSEPHVS ABVDACNVS, cuius longe rariſſimae adhuc *HISTORIAE IACOBITARVM* novae editioni, meo qualicunque ſtu-

dio adornatae, ab illustri Tuo nomine magnum splendorem certissime polliceor; tam cognitam esse cupio meam, qua Te sancte colo, reverentiam, quae tum demum desinet, cum non amplius locum dederis precibus meis, (his autem, scio, nunquam non annuet maxima Tua benevolentia) quibus Te mihi ea, qua par est, ratione expeto constantem PATRONVM.
Scr. Lubecae. d. III Febr. A. MDCCXXXIII.



IO. HENR. a SEELEN
ad
CANDIDVM LECTOREM

PRAEFATIO.

I.

Quem Tibi, LECTOR BENEVOLE, ſiſto libellum, eum pertinere ad rariſſimos et perpaucis viſos, facile Te conceſſurum eſſe, confido. Teſtatur id quoque ingens pretium, quo exiguus libellus (quatuor enim modo plagulis conſtat editio, quae Oxonii, e Theatro Sheldoniano, an. 1675. 12. prodiit)

diit) vel emtus, vel venalis fuit expositus, cuius rei documentum e Catalogo librorum et rariorum et curiosorum, quos V. C. IO. LVDOLPH. BVNEMANNVS emendos nuper eruditis obtulit, capere poteris, vbi volumini, e cuius contentis haec *Historia Iacobitarum* nominatur, duos Imperiales pag 124. assignatos videbis. Ipse miratus ante paucos annos sum pretium, quo magni nominis vir ex auctione publica hoc opusculum emi curabat. Sed perrarus libellus est. Etenim vel e solis erroribus, quos viri etiam doctissimi circa Auctorem*, eiusque verum nomen, commiserunt, apparet, quod non omnibus eum inspicere licuerit. Quare rem forte multis, iis praesertim, qui historiam eccle-

siasti-

ſiaſticam habent in deliciis, non ingratam me feciſſe arbitror, quod libelli, raro admodum occurrentis, novam, eandemque inſtructiorem, editionem, ab amicis quibusdam excitatus, adornaverim.

II.

Auctoris, IOSEPHI ABVDACNI, ſive BARBATI, quem Memphis, AEgypti metropoli, in lucem editum eſſe, omnium certiſſime ipſa docet libelli inſcriptio, nemo, quantum mihi quidem inveſtigare licuit, plenam et accuratam ſuppeditavit notitiam. PETRVS LAMBECIVS Comm. de Biblioth. Caeſ. Vindob. T. I. p. 176. hunc MSti dedit titulum: *IOSEPHI BARBATI, Memphitici, Linguae ſanctae caeterarumque Orientalium in Academia*

mia Lovanienſi Profeſſoris, Compendium Grammaticae Arabicae, A. 1620. *in fol. Bis.* Vnde videtur conſtare, quod in Academia Lovanienſi Profeſſoris munia obierit. Sed cum neque in FRANCISCI SWEERTII *Athenis Belgicis*, neque in VALER. ANDREAE *Bibliotheca Belgica*, imo ne in ipſis quidem huius *Faſtis Academicis Lovanienſibus* vlla fiat ABVDACNI mentio, qua fide in MSto a LAMBECIO citato dicatur Profeſſor Lovanienſis, definire vix audeo. Apud Oxonienſes Profeſſoris Arabicae Linguae munere eum functum eſſe, ABRAH. SCVLTETVS (cuius verba repetiit GVIL. ERN. TENTZELIVS Dial. Menſtr. 1693. p. 203) in Curriculo Vitae ſuae p. 58 commemorat, quam relationem prima etiam *Hiſtoriae*

Iaco-

Iacobitarum editio, ab Oxonienſibus curata, videtur comprobare, TENTZELIVS l. c. pag. 204 addit ſequentia: "Gleich wie nun" kein Zweifel iſt, IOSEPHVS wer-" de bey ſeiner Anweſenheit zu Ox-" furt das Tractätlein gemacht ha-" ben, welches zu unſerer Zeit her-" nach gedruckt worden; alſo" möchte ich wol eigentliche" Nachricht wiſſen, wie er von dar" nach Löwen kommen, und die" Profeſſionem Linguarum Orien-" talium allda erhalten, wovon," nebſt der obgedachten Arabi-" ſchen *Grammatica*, auch zeuget" ſein *Speculum Hebraicum*, Lovanii" an. 1615 editum, welches THO-" MAS BANGIVS Exercit. II. Coe-" li Orient. p. 202 citiret, da aber" aus Verſehen des Buchdruckers," IOSEPHI BARBATI *Menephitici*," an

an ſtatt *Memphitici*, geſetzt wor-„ den.„ Non improbanda videtur celeberr. IO. CHRISTOPH. WOLFII Biblioth. Hebr. P. II. p. 550 coniectura, *Sylvam* nempe *Radicum Hebraearum*, quae cum ROB. BELLARMINI *Grammatica Hebraea* Pariſ. 1622. 8. ſub literis nominis initialibus, J. B. M. e S. J. prodiit, noſtro Ioſepho Barbato Memphitico tribuendam eſſe. Sic vero ad Ieſuitas tandem tranſiit ABVDACNVS, cui rei Lovanivm potuit praebere occaſionem. In *Lexic. Eruditor.* P. I. col. 12 edit. ſecund. iſthaec memoriae ſunt prodita: *ABVDACNVS, mit dem Zunahmen BARBATVS, gebohren zu Memphis in Egypten, lebte in der erſten Helffte des 17 Seculi, wurde Profeſſor der Arabiſchen Sprache zu Oxfurt, darauf aber Pro-*

Professor Orientalium Linguarum zu Löwen, und schrieb Compendium Grammaticae Arabicae, Speculum Hebraicum. Quibus statim subiunctus est peculiaris hic titulus: *ABVDACNVS (Iosephus) ein Egypter von Cairo bürtig, war um 1612 Professor Orient. Ling. zu Löwen, und gab eine Hebräische Grammatic; Speculum Hebraicum, und Historiam Coptorum heraus.* Vnde, ex vno auctore duos esse factos, haud obscure apparet. CHRISTOPHORVS HENDREICHIVS *Pandectis* suis *Brandenburgicis* haec p. 24. inseruit: *ABVDANVS IOSEPHVS, Historiam Iacobitarum seu Coptorum in AEgypto, Lybia, Nubia, et parte Cypri habitantium. Oxon. 12. 1675.* Pag. vero 411 ita scripsit: *BARBATI IOSESEPHI, Memphitici, Comp. Gramm. Arab.*

Arab. F. MSt. in Bibl. Caes. Vind. Huiusne, an alterius? Speculum Hebraicum. fol. Lovan. 1615. V. et Lambec. in Bibl. Caesar. part. I. nec non: *BARBATI, alias ABVDACNI IOSEPHI, Historia Iacobitarum, seu Coptorum, in AEgypto, Lybia, Nubia, AEthiopia tota et parte Cypri Insulae habitantium. 12. Oxon. 1675.* Ad quae verba notandum, quod HENDREICHIVS ex vno auctore tres effinxerit; nomen, *Abudanus*, pro *Abudacnus*, etiam in GEORG. MATTH. KOENIGII Biblioth. V. et N. legatur, atque inde sine dubio in primam Lexic. Eruditor. editionem sit translatum: et in KOENIGIO p. 84 occurrens *Ioannes* Barbatus haud dubie idem sit cum *Iosepho*, de quo in praesenti agimus. Quam vere autem pronuntiavit de ABVDACNO laudatus

WOL-

WOLFIUS l. c. pag. 549, quod *in nomine eius efferendo varii variis modis hallucinati sint*; tam libenter vellem de vita, fatis, obitu, et aliis ad eum pertinentibus rebus hac occasione disserere, si, quae eo spectant, potuissem reperire. Ad viros, qui ex ordine erudito sunt ipsa lumina, eum referre noluerunt Oxonienses, siquidem in Praefatione, *Historiae Iacobitarum* praefixa, ipsum *parvum literatum* appellant. Meliora tamen alii viri docti de eo tulerunt iudicia, quae apud TENTZELIVM l. c. pag. 202 sq. legi possunt. Non omnem ei abiudicandam esse eruditionem, tum alia scripta, tum *Historia Iacobitarum*, de qua hac vice vnice sum sollicitus, demonstrat.

fert auctorem IOSEPHVM ABVDACNVM, sive BARBATVM, civem Memphitanum Dum hoc scribo, venit in mentem BANGII, qui BARBATI MENEPHITICI, forte autem MEMPHITICI legendum, mentionem facit in Coelo Orient. p. 202. Eius autem liber, vt recordor, A. 1651 (rectius 1615) Lovanii prodiit, Speculumque Ebraicum inscribitur, quod succisivis horis perlegi. vt cum sacris antiquitatibus, vnde digressus iam olim sum, in gratiam redeam, animumque voluptate perfundam.* Inscribitur autem libellus noster: *Historia Iacobitarum*, inscribendus forte accuratius: *Historia Rituum, qui a Iacobitis obseruantur.* Nam si proprie sic dictam Iacobitarum historiam dare voluisset ABVDACNVS, eum oportuisset etiam de origine ipsorum, incrementis, fatis, et sic porro, agere, quae autem in hoc libel-

lo


lo frustra quaeruntur. *Haeresis* quoque Iacobitarum hic non edisseritur, etsi cap. I. generatim moneatur, quod multos errores habeant in religione. Ab haeresi tamen eos non posse absolvi, tum permulta alia docent monumenta, tum istud, quod in Bibliotheca Caesarea Vindobonensi extat. De hoc LAMBECIVS T. V. Bibl. Vind. Cod. 247. p. 121 isthaec annotavit: *Nono*, et quidem à fol. 23. pag. 1. vsque ad fol. 24. pag. 2. *Anathematismus haereseos Iacobitarum et Chatzitzariorum*; cuius titulus et principium: ὁ Ἀναθεματισμὸς τῶν Ἰακωβιτῶν. Ὁ ἀπὸ τῆς βδελυρᾶς τῶν Ἰακωβιτῶν καὶ Χατζιτζαρίων αἱρέσεως τῇ ἀμωμήτῳ τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν ὁλοψύχως προσερχόμενος πίστει, ἀναθέματι καθυποβάλλω πάντα τὰ ὑποτεταγμένα. etc. Praecipua autem

tam, quod Tibi omnino imponendum, nomen, vero MAECENATE. Habet ſane in Te illuſtre decus inclyta Reſpublica, cui cum ſumma Conſulis dignitate laudatiſſime praees, Francofurtana: habet Germania: imo vero habet totus orbis literatus, in quo nomen Tuum permagnum eſt, gloria ac fama erit ſempiterna. Quis proinde, cui literae ſunt curae cordique, mecum non optabit, vt diutiſſime ſis ſuperſtes, et perpetua

petua fruaris prosperitate? Vivat itaque, et felicissime vivat, VFFENBACHIVS, quod solum nomen vti cuncta complectitur laudum argumenta, ita quoque sufficiat ad exprimendum omne, quod felix, faustum, fortunatum, imo fortunatissimum! Quam incognitus vero permultis est IOSEPHVS ABVDACNVS, cuius longe rarissimae adhuc *HISTORIAE IACOBITARVM* novae editioni, meo qualicunque stu-

dio adornatae, ab illuſtri Tuo nomine magnum ſplendorem certiſſime polliceor; tam cognitam eſſe cupio meam, qua Te ſancte colo, reverentiam, quae tum demum deſinet, cum non amplius locum dederis precibus meis, (his autem, ſcio, nunquam non annuet maxima Tua benevolentia) quibus Te mihi ea, qua par eſt, ratione expeto conſtantem PATRONVM. Scr. Lubecae. d. III Febr. A. MDCCXXXIII.

Io.



IO. HENR. a SEELEN
ad
CANDIDVM LECTOREM

PRAEFATIO.

I.

Quem Tibi, LECTOR BENEVOLE, ſiſto libellum, eum pertinere ad rariſſimos et perpaucis viſos, facile Te conceſſurum eſſe, confido. Teſtatur id quoque ingens pretium, quo exiguus libellus (quatuor enim modo plagulis conſtat editio, quae Oxonii, e Theatro Sheldoniano, an. 1675. 12. prodiit)

diit) vel emtus, vel venalis fuit expositus, cuius rei documentum e Catalogo librorum et rariorum et curiosorum, quos V. C. IO. LVDOLPH. BŸNEMANNVS emendos nuper eruditis obtulit, capere poteris, vbi volumini, e cuius contentis haec *Historia Iacobitarum* nominatur, duos Imperiales pag 124. assignatos videbis. Ipse miratus ante paucos annos sum pretium, quo magni nominis vir ex auctione publica hoc opusculum emi curabat. Sed perrarus libellus est. Etenim vel e solis erroribus, quos viri etiam doctissimi circa Auctorem*, eiusque verum nomen, commiserunt, apparet, quod non omnibus eum inspicere licuerit. Quare rem forte multis, iis praesertim, qui historiam eccle-

siasti-

ſiaſticam habent in deliciis, non ingratam me feciſſe arbitror, quod libelli, raro admodum occurrentis, novam, eandemque inſtructiorem, editionem, ab amicis quibusdam excitatus, adornaverim.

II.

Auctoris, IOSEPHI ABUDACNI, ſive BARBATI, quem Memphis, AEgypti metropoli, in lucem editum eſſe, omnium certiſſime ipſa docet libelli inſcriptio, nemo, quantum mihi quidem inveſtigare licuit, plenam et accuratam ſuppeditavit notitiam. PETRUS LAMBECIUS Comm. de Biblioth. Caeſ. Vindob. T. I. p. 176. hunc MSti dedit titulum: *IOSEPHI BARBATI, Memphitici, Linguae ſanctae caeterarumque Orientalium in Academia*

mia Lovanienſi Profeſſoris, Compendium Grammaticae Arabicae, A. 1620. *in fol. Bis.* Vnde videtur conſtare, quod in Academia Lovanienſi Profeſſoris munia obierit. Sed cùm neque in FRANCISCI SWEERTII *Athenis Belgicis*, neque in VALER. ANDREAE *Bibliotheca Belgica*, imo ne in ipſis quidem huius *Faſtis Academicis Lovanienſibus* vlla fiat ABVDACNI mentio, qua fide in MSto a LAMBECIO citàto dicatur Profeſſor Lovanienſis, definire vix audeo. Apud Oxonienſes Profeſſoris Arabicae Linguae munere eum functum eſſe, ABRAH. SCVLTETVS (cuius verba repetiit GVIL. ERN. TENTZELIVS Dial. Menſtr. 1693. p. 203) in Curriculo Vitae ſuae p. 58 commemorat, quam relationem prima etiam *Hiſtoriae Iaco-*

Iacobitarum editio, ab Oxoniensibus curata, videtur comprobare, TENTZELIVS l. c. pag. 204 addit sequentia: "Gleich wie nun" kein Zweifel ist, IOSEPHVS wer-" de bey seiner Anwesenheit zu Ox-" furt das Tractätlein gemacht ha-" ben, welches zu unserer Zeit her-" nach gedruckt worden; also" möchte ich wol eigentliche" Nachricht wissen, wie er von dar" nach Löwen kommen, und die" Professionem Linguarum Orien-" talium allda erhalten, wovon," nebst der obgedachten Arabi-" schen *Grammatica*, auch zeuget" sein *Speculum Hebraicum*, Lovanii" an. 1615 editum, welches THO-" MAS BANGIVS Exercit. II. Coe-" li Orient. p. 202 citiret, da aber" aus Versehen des Buchdruckers," IOSEPHI BARBATI *Menephitici*," an

an ſtatt *Memphitici*, geſetzt wor-„ den.„ Non improbanda videtur celeberr. IO. CHRISTOPH. WOLFII Biblioth. Hebr. P. II. p. 550 coniectura, *Sylvam* nempe *Radicum Hebraearum*, quae cum ROB. BELLARMINI *Grammatica Hebraea* Pariſ. 1622. 8. ſub literis nominis initialibus, J. B. M. e S. J. prodiit, noſtro Ioſepho Barbato Memphitico tribuendam eſſe. Sic vero ad Ieſuitas tandem tranſiit ABVDACNVS, cui rei Lovanivm potuit praebere occaſionem. In *Lexic. Eruditor.* P. I. col. 12 edit. ſecund. iſthaec memoriae ſunt prodita: *ABVDACNVS, mit demZunahmen BARBATVS, gebohren zu Memphis in Egypten, lebte in der erſten Helffte des 17 Seculi, wurde Profeſſor der Arabiſchen Sprache zu Oxfurt, darauf aber Pro-*

Professor Orientalium Linguarum zu Löwen, und schrieb Compendium Grammaticae Arabicae, Speculum Hebraicum. Quibus statim subiunctus est peculiaris hic titulus: *ABVDACNVS (Iosephus) ein Egypter von Cairo bürtig, war um 1612 Professor Orient. Ling. zu Löwen, und gab eine Hebräische Grammatic; Speculum Hebraicum, und Historiam Coptorum heraus.* Vnde, ex vno auctore duos esse factos, haud obscure apparet. CHRISTOPHORVS HENDREICHIVS *Pandectis* suis *Brandenburgicis* haec p. 24. inseruit: *ABVDANVS IOSEPHVS, Historiam Iacobitarum seu Coptorum in AEgypto, Lybia, Nubia, et parte Cypri habitantium. Oxon. 12. 1675.* Pag. vero 411 ita scripsit: *BARBATI IOSESEPHI, Memphitici, Comp. Gramm.*

 Arab.

Arab. F. MSt. in Bibl. Caes. Vind. Huiusne, an alterius? Speculum Hebraicum. fol. Lovan. 1615. V. et Lambec. in Bibl. Caesar. part. I. nec non: *BARBATI, alias ABVDACNI IOSEPHI, Historia Iacobitarum, seu Coptorum, in AEgypto, Lybia, Nubia, AEthiopia tota et parte Cypri Insulae habitantium. 12. Oxon. 1675.* Ad quae verba notandum, quod HENDREICHIVS ex vno auctore tres effinxerit: nomen, *Abudanus*, pro *Abudacnus*, etiam in GEORG. MATTH. KOENIGII Biblioth. V. et N. legatur, atque inde sine dubio in primam Lexic. Eruditor. editionem sit translatum; et in KOENIGIO p. 84 occurrens *Ioannes* Barbatus haud dubie idem sit cum *Iosepho*, de quo in praesenti agimus. Quam vere autem pronuntiavit de ABVDACNO laudatus

WOL-

WOLFIUS l. c. pag. 549, quod *in nomine eius efferendo varii variis modis hallucinati ſint*; tam libenter vellem de vita, fatis, obitu, et aliis ad eum pertinentibus rebus hac occaſione diſſerere, ſi, quae eo ſpectant, potuiſſem reperire. Ad viros, qui ex ordine erudito ſunt ipſa lumina, eum referre noluerunt Oxonienſes, ſiquidem in Praefatione, *Hiſtoriae Iacobitarum* praefixa, ipſum *parvum literatum* appellant. Meliora tamen alii viri docti de eó tulerunt iudicia, quae apud TENTZELIVM l. c. pag. 202 ſq. legi poſſunt. Non omnem ei abiudicandam eſſe eruditionem, tum alia ſcripta, tum *Hiſtoria Iacobitarum*, de qua hac vice vnice ſum ſollicitus, demonſtrat.

III.

Recenſetur, ſine facta vlla auctoris mentione, haec *Hiſtoria Iacobitarum* in *Journ. des Scav.* 1678. p. 169 ſq hoc modo: *Les veritables Egyptiens pour ſe diſtinguer des autres Nations, qui habitent avec eux dans l' Egypte, ont voulu toûjours eſtre appellez Coptes de Copt petit fils de Noë, qui eſtant reſte victorieux de trois de ſes Freres, fut reconnu pour Roy de cette contrée, où eſt à preſent la Nation Copte. Ils n' ont point eu d' autre nom juſqu' au Schiſme et à l' erreur de Dioſcore leur 25 Patriarche, lequel ayant pris party dans les interets et l' hereſie d' Eutiches entraina avec luy tous les Coptes: et ce fut alors que les Grecs les nommerent Jacobites du nom de Dioſcore, lequel avant qu' eſtre fait Patriarche ſe nommoit Jacob. Comme le Schisme eſt ſuivi pour l' ordinaire de mille malheurs, ces Peuples en ont eſté accablez, et aujourd' huy ils vivent dans la miſere et dans la ſervi-*

ſervitude, depuis qu' ils ſe rendirent volontairement tributaires des Arabes, pour ne pas ſe voir plus long-temps ſous la domination des Grecs, dont ils avoient abandonné la communion par leur Schiſme. Ceux qui ſe ſont retirez dans la Nubie et dans les autres endroits, de l'Afrique, ne ſont pas plus heureux, et c' eſt ce, que cette Hiſtoire décrit au long. Haec recenſio (quacum conferri poterit alia in *Giornale de letterati.* 1676. n. XXIII.) vti perbrevis eſt et minus accurata, ita non deſunt viri docti, qui de origine nominis et Coptorum et Iacobitarum aliter ſentiant. Occaſione etiam Hiſtoriae noſtrae magnus Polyhiſtor, CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHIVS, Epp. Arcan. T. I. p. 20. annotavit ſequentia: *Hiſtoria Iacobitarum, quae A. clↄ IↄCLXXV Oxonii in lucem emiſſa eſt, exigua brevisque eſt, ac praefert*

fert auctorem IOSEPHVM ABVDACNVM, siue BARBATVM, ciuem Memphitanum Dum hoc scribo, venit in mentem BANGII, qui BARBATI MENEPHITICI, forte autem MEMPHITICI legendum, mentionem facit in Coelo Orient. p. 202. Eius autem liber, vt recordor, A. 1651 (rectius 1615) *Lovanii prodiit, Speculumque Ebraicum inscribitur, quod succisiuis horis perlegi. vt cum sacris antiquitatibus, vnde digressus iam olim sum, in gratiam redeam, animumque voluptate perfundam.* Inscribitur autem libellus noster: *Historia Iacobitarum*, inscribendus forte accuratius: *Historia Rituum, qui a Iacobitis obseruantur.* Nam si proprie sic dictam Iacobitarum historiam dare voluisset ABVDACNVS, eum oportuisset etiam de origine ipsorum, incrementis, fatis, et sic porro, agere, quae autem in hoc libel-

lo

lo fruſtra quaeruntur. *Haereſis* quoque Iacobitarum hic non ediſſeritur, etſi cap. I. generatim moneatur, quod multos errores habeant in religione. Ab haereſi tamen eos non poſſe abſolvi, tum permulta alia docent monumenta, tum iſtud, quod in Bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi extat. De hoc LAMBECIVS T. V. Bibl. Vind. Cod. 247. p. 121 iſthaec annotavit: *Nono*, et quidem a fol. 23. pag. 1. vsque ad fol. 24. pag. 2. *Anathematismus haereſeos Iacobitarum et Chatzitzariorum*; cuius titulus et principium: ὁ ἀναθεματισμὸς τῶν Ἰακωβιτῶν. Ὁ ἀπὸ τῆς βδελυρᾶς τῶν Ἰακωβιτῶν καὶ Χατζιτζαρίων αἱρέσεως τῇ ἀμωμήτῳ τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν ὁλοψύχως προσερχόμενος πίστει, ἀναθέματι καθυποβάλλω πάντα τὰ ὑποτεταγμένα. etc. Praecipua autem

Iacobitarum haeresis est ea, qua vnam modo in CHRISTO naturam credunt. Ob hanc ad *Monophysitas* referuntur a IOSEPHO SIMONIO ASSEMANO, Syro Maronita, Theologiae Doctore et in Bibliotheca Vaticana linguarum Syriacae et Arabicae Scriptore, qui in praefixa Tomo secundo *Bibliothecae Orientalis Clementino-Vaticanae* erudita et copiosa *Dissertatione de Monophysitis* §. I. sic scribit: *Monophysitas, hoc est, vnius naturae in CHRISTO Domino assertores, (quo nomine IACOBITAE Syri et AEgyptii, seu Copti, nec non Aethiopes, Armenique hodie intelliguntur), medio quinto saeculo Christiano exortos fuisse, Ecclesiastica docet Historia. Horum parens EVTYCHES Archimandrita fuit, quem licet maior saniorque sectariorum pars in iis, quae ad confusionem et permistionem Naturarum spectant, ab initio*

vsque

vsque exortae haereseos deseruit, eumque anathemati subiicere verbo scriptisque ad hanc diem non dubitet; eius tamen doctrinam primipili illius sectae, DIOSCORVS scilicet AEgyptiorum et BARSVMAS Syrorum subversores, diserte approbarunt, ipsumque veluti orthodoxae fidei propugnatorem a iustissima S. FLAVIANI, Constantinopolitanae vrbis Episcopi, sententia iniustissime absolutum decrevere. Idem varios Iacobitarum errores alios, nec non falsas oraculorum divinorum interpretationes annotavit.] Vid. praeter cit. Diss. §. V., vbi prolixe admodum de Iacobitarum erroribus agitur, Biblioth. Orient. T. I. p. 296 sq. T. II. p. 424 sqq. 289 sqq. T. III. p. 305 sq. 355. 514. 543. 583. 589. 607. Distinguit tamen Iacobitas antiquiores a recentioribus, et de his in memorata Dissertatione

§. IV obſervat, quod non eundem cum EVTYCHE errorem foveant circa Incarnationem, ſed potius ab Eutychianis abhorreant. Vnde licet recentiorum Iacobitarum cum Romana Eccleſia communionem vix admittere videatur, l. c. §. III ſcribens; *Optarunt quidem Iacobitae ad communionem Apoſtolicae ſedis admitti, idque non ſemel per literas et legatos Summis Pontificibus ſignificarunt: ſed ne eorum votis fieret ſatis, efficit, quod nunquam adduci potuerunt, vt haereſim ſerio eiurarent;* tandem tamen concedit, quod ANDREAS ACHIGIAN, *filius* ABDALGAL, *Collegii Maronitarum de Vrbe olim* Alumnus, *Iacobitis plurimis ad Catholicam fidem converſis Patriarcha praefuerit, quem et PETRVS* (*) *orthodoxus exceperit:* ſub

(*) De hoc PETRO, centeſimo vigeſimo nono Iacobitarum Patriarcha, ſcribit ASSEMANVS T. II Bibl. Or. p. 325: *PETRVS, a Iacobitis in exilium pulſus, pro fide orthodoxa Alanae obiit.*

sub utroque tamen suos Iacobitae Patriarchas haereticos habuerint, habeantque in praesentem vsque diem. Imo vero deinceps §. V Romanae Ecclesiae Iacobitas vindicare studet eo, quod Purgatorium etiam et Preces pro defunctis ad dogmata eorum referat, aliis licet ab his erroribus immunes eos pronuntiantibus. Studium quoque ad Papismum perducendi Iacobitas, demonstrat ALEXANDRI IV, Pontificis, Breve ad Fratres Minores per mundum Missionarios, A. 1258 datum, cuius initium ita habet: ALEXANDER *Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis fratribus de ordine Minorum, in terris Saracenorum, Paganorum, Graecorum, Bulgarorum, Cumanorum, AEthiopum, Syrorum, Hiberorum, Alanorum, Gazarorum, Gotthorum, Zichorum, Ruthenorum, IACOBITARVM, Nubi-*

Nubianorum. etc. Conf. celeberr. IO. ALB. FABRICII peregregius liber, qui inscribitur: Salutaris Lux Evangelii toti Orbi per divinam gratiam exoriens, p. 553. Sed non opus est alia quaerere documenta, quibus Iacobitarum Papismus evincatur, si vera sunt omnia, quae de iisdem ABVDACNVS noster literis consignavit. Isthaec enim tam luculenter docent, quod Iacobitae recentiores sacris Romanis sint addicti, vt nihil possit esse luculentius.

IV.

Huius vero libellum non sufficere ad plenam et integram Iacobitarum notitiam hauriendam vti facile largior, ita indicabo alia quaedam subsidia, edi-

ta

ta pariter ac inedita, e quibus ille poterit suppleri. Haec sunt

GREGORII BAR - HEBRAEI, qui et ABVLPHARAGIVS dicitur, Primatis Orientis, (de quo prolixe egit ASSEMANVS B. O. T. II. p. 244 sqq) *Chronicon Syriacum*, in tres partes divisum, scilicet *Chronicon Patrum et Regum* : *Chronicon Patriarcharum Antiochiae et Iacobitarum* : *Chronicon Primatum, Patriarcharum et Maphrianorum Orientis.* Prima pars Arabice edita est, cum Latina interpretatione EDVARD. POCOCKII. De duabus reliquis sic iudicat ASSEMANVS l. c. pag. 312: *Opus luce dignum, et omnium, quae BAR-HEBRAEVS edidit, doctissimum aeque ac vtilissimum, praesertim si de*

de secunda et tertia parte sermo sit, quibus Ecclesiastica Syrorum Nestorianorum et Iacobitarum historia, Graecis Latinisque prorsus ignota, mirifice illustratur Ab eodem in Diss. de Monophysit. §. II. BARHEBRAEVS *accuratus rerum Iacobiticarum scriptor* appellatur.

PHILIPPI SOLITARII Commentatio *de Fide et Caeremoniis Iacobitarum;* de qua, ac coniunctis cum eadem, LAMBECIVS Bibl. Vind. T. V. Cod. 213. p. 36 sequentia annotat: *Secundo*, et quidem a fol. 166 pag. 2. vsque ad fol. 168. pag. 2. Appendix prima *Dioptrae* PHILIPPI SOLITARII, qua continentur capita quatuor historica et lectu dignissima *de fide et Caerimoniis Armeniorum, Iacobitarum, Chatzitzariorum et Romanorum, seu Fran-*

Francorum, quorum primum inſcribitur atque incipit: Τὰ τῶν Ἀρμενίων παρατηρήματα εἰσὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτα: Τῇ ϛ ἡμέρᾳ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς κατὰ τὴν πρωΐα ἑορτάζουσι τὴν ἑορτὴν τοῦ Εὐαγγελισμοῦ, κατὰ τὴν ἑσπέραν δὲ αὐτῆς τῆς ἡμέρας τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν. etc. ſecundum: Ἔχει δὲ καὶ τὰ τῶν Ἰακωβιτῶν οὕτως. Ὁ Ἰάκωβος οὗτος, ἀφ᾽ οὗ καὶ οὗτοι καλοῦνται, μοναχός τις γέγονε Σύρος, Τζάντζαλος ἐπονομαζόμενος. etc. tertium: Ἔχει δὲ τὰ τῶν Χατζιτζαρίων οὕτως. Οἱ δὲ Χατζιτζάριοι τὸν σταυρὸν μόνον προσκυνοῦσι καὶ σέβονται. Χατζὶ γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς ὁ Σταυρός. etc. quartum: Τὰ τῶν Ῥωμαίων ἤτοι Φραγγῶν παρατηρήματα καὶ σχίσματα. Καὶ ἃ μὲν ἐπιτελοῦσιν ἰουδαΐζοντες οἱ Ῥωμαῖοι, εἰσὶ ταῦτα. Τὸ τῶν ἀζύμων ἔγκλημα. etc.

Pontificale et Rituale Syriacum Iacobitarum, quod eſt inter Bibliothecae Vaticanae Codices Ecchellenſes. Contenta eius AS-

SE-

SEMANVS Bibl. Or. T. I. p. 573 his significat verbis: *Ordo consecrationis Chrismatis : et confectionis Olei Catechumenorum, Infirmorum, et Poenitentium. Ordo Consecrationis Ecclesiae. Ordo Renovationis, hoc est, benedictionis Ecclesiae pollutae. Ordo Consecrationis Altarium, seu Tabularum. Admonitio ad eos, qui ordinandi sunt Presbyteri, aut Diaconi: vbi exigitur professio fidei ex mente Iacobitarum. Eadem Arabice. Admonitio ad ordinandos, auctore IACOBO, Metropolita Maipheractae, hoc est, Martyropolis: vbi Iacobiticae fidei professio exigitur. Cantus, Responsoria, Hymni et Orationes, quae in singulis Ordinationibus recitantur.*

IO. ERNEST. GERHARDI Exercitatio Theologica Ecclesiae Copticae, hoc est, Christianorum AEgyptiacae ortum, progressum, praecipuaque doctrinae capita repraesentans. Ien. 1666. 4.

IO-

IO. BALTHAS. IACOBI Diſſertatio Hiſtorica de Secta Iacobitarum. Lipſ. 1685. 4. Conſtat ea tribus capitibus, quorum primum *ortum*, ſecundum *progreſſum*, tertium *dogmata ac ritus praepraecipuos* Iacobitarum exponit. In hac Diſſertatione ABVDACNVS ſaepe eſt in ſubſidium vocatus.

IOSEPH. SIMON. ASSEMANI Bibliotheca Orientalis. Huic ſplendido Operi, cuius Tomus primus an. 1719. an. ſecundus 1721. tertii pars prima 1725. Romae. fol. prodiit, inter Hiſtoriae Iacobitarum ſubſidia, quibus nos vti poſſumus, (inedita enim monumenta adhibere iis modo licet, quibus Viennam et Romam adire contingit) primum vix dubito

locum aſſignare. Etenim non ſolum complectitur eruditam *de Monophyſitis Diſſertationem*, quae poteſt eſſe luculenti inſtar in ABVDACNI noſtri Hiſtoriam Iacobitarum commentarii, et digna merito a praeſtantisſimo Hiſtoriae Eruditionis modernae, Germanico idiomate conſcriptae, pag. 767, auctore iudicata, quae a doctisſimo cive meo, IO. VOGTIO, in *Bibliotheca Haereſiologica*, laudando valde ſtudio coepta, recuderetur; verum etiam permulta de Iacobitis, et rebus et perſonis ad eosdem ſpectantibus e libris ineditis, in quibus ſunt non pauca Hiſtoriae Iacobiticae ſubſidia, ſiſtit et docet alia, quae is ſolus ſiſtere

ſtere ac docere potuit, cui manu exaratos codices, quibus Vaticana ſuperbit Bibliotheca, evolvere et vſurpare fuit conceſſum. Quare in *Notis* Hiſtoriae Iacobitarum Abudacnianae adſperſis hoc in primis opus adhibui, quoniam pretioſum valde eſt, atque idcirco a perpaucis modo, in his praeſertim regionibus, poſſidetur. Equidem magnus ſectae, cui ſe addixit ASSEMANVS, amor, et ingens, quod prodit, dum in Diſſert. de Monophyſitis §. X. LVTHERVM falſiſſime dicit *Sacerdotii deſtructorem*, erga homines, qui non ſunt Papaea mancipia, odium, de fide ei ſemper, ob partium ſtudium, adhibenda nobis videtur ſcrupulum iniicere; idem

tamen ſperabimus, quod laudatus Hiſt. Erudit. modern. auctor, p. 788 his vſus verbis: *Wir wollen zur Zeit noch hoffen, daſs Herr ASSEMANN die aus Morgenländiſchen MSS. bisweilen eingerückten Pieçen bona fide nach ihren Originalien, ohne dieſelben in manchen Stücken nach denen hinckenden Lehr-Sätzen ſeiner Kirche einzurichten, abdrucken laſſen werde.* Sic enim nullus Iacobita Romano coetui aut adſcriptus fuit, aut in poſterum adſcribetur, niſi qui eidem re vera ſe addixit. Vnicum iſtud addo, quod loca ex ASSEMANI Opere adducta, e ſola verſione, non vero linguis originalibus, reddere licuerit, quod, brevitatis etiam ſtudio factum, benevo-

lus Lector haud agere feret. Hanc interim Bibliothecam, et commemorata in eadem Scripta, ad Iacobitas ſpectantia, qui pervolutaverit, atque in vſus ſuos rite converterit, ei, pleniorem Iacobitarum acquirendi notitiam, neutiquam deerit facultas.

V.

Etſi itaque non' deſint alii auctores Iacobitarum notitiae copioſiori comparandae inſervientes; ad quos pertinent varii hiſtoriae eccleſiaſticae ſcriptores, et praeſertim ii, qui de Monothelitis, aliisque Sectis Orientalium ſunt commentati, quos omnes non recenſeo, tum, quia ſatis noti ſunt, tum, quia in Praefatione


parvo libello praefixa nimiam volui prolixitatem evitare: haud ſpernendus tamen etiam eſt ABVDACNVS, quippe quem et brevitas et perſpicuitas et rerum commemorabilium relatio facile commendant. Quam laudem forte non omnino adiment errores nonnulli, ob quos interdum cenſuram eſt promeritus. In rebus ſaltem Iacobitarum recentioribus fide haud inidonea ſcribere potuit, cum ipſe ex ea regione, in qua vivunt Iacobitae, ortum traxerit. Quare non ſola raritas ad hanc Iacobitarum Hiſtoriam renovandam me impulit. Praemiſi eidem Vitam IACOBI BARADAEI, quoniam huius Iacobitarum anteſignani notitiam haud ingratam fore putavi omnibus rerum Iaco-

Iacobiticarum ſtudioſis, ſiquidem nemo de Iacobitis recte poterit iudicare, qui ſectae huius auctorem penitus ignorat. Facit illa praeterea ad refellendum ABVDACNI errorem, quo, nimio erga Iacobitas amore incenſus, eosdem a IACOBO, Patriarcha, derivare non eſt veritus. Bona caeteroquin fide reddo Abudacnianam Iacobitarum Hiſtoriam, cui nihil derogabunt emendatae quaedam et ſuppletae voces, quae in editione Oxonienſi vel omiſſae, vel non ſatis accurate expreſſae. *Notas* addidiſſem prolixiores, ſi libellum voluiſſem in librum convertere, et cuncta dicere de Iacobitis, quae de iisdem dici potuiſſent. Quare iis tantum locis nonnulla adieci, quae

illuſtratione quadam et paulo vberiori declaratione videbantur indigere. Vtere, ſi placet, LECTOR, et Abudacniano et meo qualicunque labore, ac mecum DEVM O. M. precare, vt Chriſtianos quoque longiſſime a nobis disſitos conſervet, ab erroribus autem, quibus tum Iacobitae, tum alii ſunt infecti, liberet, quo tandem doctrinam, quae incorrupta ac illibata, agnoſcant, amplectantur, conſtanter tueantur, ad poſteros felicisſime propagent!



Vita



Vita

IACOBI BARADÆI

Sectae Iacobitarum Auctoris.

E

IOSEPH. SIMON. ASSEMANI

Biblioth. Orient. T. II. p. 62. sqq.

IACOBVS, Syris *Baradæus*, Græcis Ζάνζαλος *Zanzalus* nuncupatus, Edessenæ incubuit Ecclesiæ post Adæi mortem anno Græcorum 852. Christi 541. ut in priori tom. pag. 424 ex accuratissimis Syrorum Scriptoribus observavi. Monachum prius egerat in Monasterio *Phasiltensi*, teste Dionysio in Chronico his verbis: *Anno* Græcorum 862. *claruit Iacobus Edessæ Episcopus ex Monasterio Phasiltæ.*

II. Episcopatum adeptus, Monophysitarum partes acerrime propugnavit, adeo ut eosdem in varias sectiones scissos, diversaque nomina sortitos, in unam sectam colligere, deque suo nomine *Iacobitas* appellare

C 5 potu-

potuerit. Præerat tum Orthodoxis Antiochenus Patriarcha, Ephræm Amidenfis; Monophyfitis vero Sergius, primus eorundem poft Severum Patriarcha, quem ab anno Græcorum 850. ad annum 861. cathedram erroris tenuiffe, affirmat Dionyfius. Eo fublato, conveniunt fectarii, ut alterum Patriarcham fibi præficiant. Primas in hoc conciliabulo tenuit Baradæus, qui manu fua Paulum quendam ordinavit, uti annotatur in fragmento Hiftoriæ Ecclefiafticæ Dionyfii Patriarchæ, ad calcem operum Ioannis Philoponi Codice noftro Syr. 14 in hæc verba: *Hic Paulus Antiochiæ Patriarcha ordinatus fuit a Iacobo Baradæo:* nec mirum: Edeffenam enim Ecclefiam occupabat, primariam fcilicet in Mefopotamia, ubi Syri a legitimo Antiochiæ Præfule defciverant, fedem.

III. Renaudotus ex Mari Salomonis filio, et ex Amro eius abbreviatore, Neftorianis hiftoricis, paradoxa plane de Baradæo refert tom. 2. Lit. Orient. pag. 342. *Sublato*, inquit, *e vivis Severo, olim Antiochiæ Patriarcha, Baradæus mirifice fectam eius per totam Syriam propagavit, ac præfertim Tagriti, quæ urbs eft in Armeniæ finibus, et aliis in locis. Illic magnam Iacobitarum cædem fecit Pherozes, Perfarum Rex: et ex ea fe furripuit Baradæus, habituque Sufii, five Religiofi Perfæ, evafit,*

evasit. Comites fugæ duos habuit, Georgium et Gregorium, quos ille Episcopos, illum ipsi Patriarcham ordinaverunt. Quumque passim ordinationes faceret, quocumque transibat, aiunt, eum Sacerdotes et Diaconos octoginta mille ordinasse, longo vitæ decursu, quum septuaginta tres annos impleverit. Nugæ Nestorianorum, qui Baradæum Iacobitis ipsis reclamantibus *Patriarcham* faciunt, quum Episcopus Edessæ decesserit: cædem insuper orthodoxorum a Pheroze Rege, instigatione Barsumæ Nisibeni, factam, quam ex Beth - Arsamensi to. 1. pag. 351. descripsi, de Iacobitis perperam intelligunt.

IV. Nec minus nugantur Iacobitæ in ms. Codice Arabico Collegii Maronitarum de Vrbe, *de laudibus Iacobitarum*, seu *de Fide Syrorum* inscripto, dum fol. 46 Iacobi sui gesta et obitum his verbis referunt, quæ licet pura puta sint commenta, in gratiam tamen studiosorum Antiquitatis Ecclesiasticæ, ut quid ea gens de suo primipilo fabuletur, compertum habeant, hic describere operæ pretium duco: *Quibus encomiis celebrabo Aretham Beduitam Regem, qui orthodoxæ fidei zelo ductus, Mar Iacobum Baradæum ex urbe Constantinopolitana rapuit, dromedariisque impositum in urbem Syrorum Edessam perduxit etc. Profectus est autem Edessa, postquam Archie-*

chiepiscopum ipsis ordinasset, perque universum mundum discurrens, Orientales regiones lustravit, ubi plurimos Presbyteros et Diaconos ordinavit. In Syriam quoque se contulit, et Archiepiscopum ibidem maritimis regionibus consecravit: erat autem nomen eius, dum impositionem manus acciperet, Dioscorus: qua de re testes habemus Annales ad nostram usque aetatem perductos. Praeterea adiit regionem Coptorum, quibus et complures Presbyteros et Diaconos instituit. Sed et Patriarcham Alexandriae constituit, et alterum Patriarcham Antiochiae. Nubiam insuper et Aethiopiam perlustravit. Numerus autem eorum, qui ab ipso ordinati sunt, hic est. Presbyteri et Diaconi centum millia: Episcopi viginti: Archiepiscopus unus: Patriarchae duo. Demum inter sanctos requievit in deserto Scetensi in Monasterio, ubi est corpus Sancti Ioannis Baptistae ex urbe Emesa illuc translatum; ibi etiam servantur Capilli Mariae peccatricis, quae pedes Domini aromatibus unxit, et capillis capitis sui tersit. Gens autem Melchitarum in Mar Iacobum exarsit, quod in Aethiopiam pervasisset. Iustinianus vero octingentos Patres Episcopos et Archiepiscopos in carcerem detruserat, persuadere eis conatus, ut ad Chalcedonensem quartae synodi fidem transirent. At illi sententiam eius amplecti recusarunt. Timentes autem, ne si omnes in carcere morerentur, fides orthodoxa una cum ipsis periret,

viret, enixe Deum rogarunt, ut reliquias religionis Catholicae servaret. Superfuit igitur Mar Iacobus Baradaus, qui tum Presbyter erat. Electus vero ab eorum Patrum coetu, ordinationem iussu Theodorae Imperatricis a Theodosio in Ecclesia suscepit: quam et postea Patres ex fenestra carceris confirmarunt. Ab his autem facultatem obtinuit, ut praedicationis munus in cunctis eorum Dioecesibus exerceret. At Theodora Imperatrix, Iustiniani uxor, genere Aegyptia, quum accepisset, Archiepiscopum Aethiopiae e vivis decessisse, et alium in eius locum a Melchitis ordinatum, misso ad Coptos nuncio, eosdem hac de re certiores reddidit. Illi vero Mar Iacobo Baradaeo rem totam significant, subduntque, Regem Suachinorum Aethiopiae claves tenere. Reliqua retuli tom. 1. pag. 384. Perpetuae ineptiae, conficta Archiepiscopi Edesseni, qui dum Baradæus viveret, non alius certe, præter ipsum, fuit, ordinatio: nec minus fabulosa Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Presbyterorum et Diaconorum institutio: quis enim ab homine Syro, qui nunquam Patriarcham egit, tot lustratas regiones, totque ordinationes factas crederet? et quidem sub Iustiniano Imperatore in Monophysitas non bene animato. Quid? quod res ab Alexandrinis Coptorum Patriarchis in Æthiopia

gestas,

gestas, de quibus ex Ioanne, Asiæ Episcopo, Dionysius, Iacobitarum Patriarcha, scribit, in Baradæum suum mendacissimus hic scriptor confert, eumque a Theodosio ordinatum comminiscitur, quem a Sergio, illius factionis in Syria Præsule, impositionem manus accepisse constat: in deserto vero Scetensi eundem obiisse affirmat, qui Edessæ in Mesopotamia, mortuus et sepultus fuisse dicitur. Illud præterea de corpore S. Ioannis Baptistæ in Scetensi coenobio conservato, Rufino repugnat, qui lib. 2. Hist. Eccl. cap. 8. id sub Iuliano Apostata in Sebaste, Palæstinæ urbe, combustum narrat, eiusque caput Sozomenus lib. 7. c. 21 sub Valente Imperatore in Pantichium, qui locus est in agro Chalcedonensium, et sub Theodosio Magno Constantinopolim translatum fuisse testatur. Quod denique de Aretha, Arabe, ad solvendum e captivitate Iacobum Constantinopolim profecto dicitur, ex aliis recentiorum Iacobitarum historiis consarcinatum est, et ad Baradæi tempora perperam traductum. Nam Ioannes Antiochenus illius gentis Patriarcha circa annum Christi 960 Byzantium a Romæorum Imperatore vinctus perductus fuisse perhibetur in Codice Arabico Clementino-Vaticano 23, qui *Fides Patrum* inscribitur, tom. I. Bibliothecæ nostræ Orientalis pag. 625.

V. Obiit

V. Obiit anno Græcorum 889. Christi 578. postquam Edessenam Sedem per annos 37 tenuisset, ut narrat Dionysius in Chronico, cuius verba retuli tom 1. pag. 424. Eius memoriam colunt Iacobitæ in Kalendario ad diem 28 Nov. 21. Mart. et 31 Iulii. Eundem in Divina Liturgia et in Professione Fidei, quæ ab ordinandis exigitur, in Patrum Doctorumque numerum referunt, eoque veluti parente gloriantur: ab hoc enim Iacobo *Iacobitæ* sunt dicti, uti annotatur in Codice Syriaco Nitriensi Clementino-Vaticano 3. fol. 153. et in Codice Syr. Vaticano 26. ad diem 31 Iul. in hæc verba: *Iacobus Baradæus, a quo Iacobitæ nuncupati sumus:* et Nicephorus lib. 18. cap. 52. *Iacobitæ*, inquit, *sunt nominati, propterea quod ei, quem dixi, Monophysitarum hæresis studioso Iacobo adhærerent:* quod et de Iacobitarum nomine tradunt, præter coævum Baradæo Anastasium Synaitam, qui huiusce hæreseos frequenter meminit in *Odego*, aliarum etiam nationum scriptores cum antiqui, tum recentiores.

Quare audiendi non sunt Iacobitarum nonnulli, qui ad propulsandam huiusce nominis invidiam, ex S. Iacobo Apostolo, fratre Domini, originem suam falso petunt, ut notat F. Naironus in Evopl. pag. 40.

Georgius Elmacinus Homaidus to. 1. Chro-

Chronicorum, quem Erpenius ineditum reliquit, tres de Iacobitarum denominatione opiniones referens in eam demum sententiam concedit, ut dicat, id nomen ex Dioscoro Alexandrino Patriarcha, qui in sæculo *Iacobus* dicebatur, derivatum fuisse: sic enim scribit Cod. Berœen. 7. pag. 734: *Dicuntur autem Iacobitæ, quod Dioscorus nomen Iacobi apud sæculares gereret. Nam quum in exilio esset, literas ad fideles dabat, monens eos, ut in fide pauperis et exulis Iacobi manerent. Alii ferunt, eum habuisse discipulum quendam, Iacobum nomine, quem ipse, dum exul esset, ad populum mittebat, ut eos in fide confirmaret: ab hoc autem Iacobo nomen illos traxisse. Alii denique censent, Iacobum Severi, Patriarchæ Antiocheni, discipulum fuisse, cuius fides Dioscorianæ consentanea erat. Et hunc quidem Iacobum, aiunt, Pater Severus ad fideles ablegabat, ut eos in fide Dioscori corroboraret: unde Iacobitarum nomen ipsis impositum.* Et pag. 391. sententiam Eutychii Alexandrini refert et refellit, inquiens: *Ait Said* (Eutychius) *Patricii filius: Severus discipulum habebat nomine Iacobum Baradæum, qui omnes circumquaque regiones lustrabat, ut homines ad Dioscori et Severi sententiam traduceret. Ab hoc, inquit, Iacobo nomen Iacobitarum derivatum est. Verum*

rum non ita ſe res habet : nam Iacobitæ a Dioſcori uſque temporibus nomen huiuſmodi ſortiti ſunt : quod tamen eſt adeo falſum, ut ante Baradæi Iacobi ætatem ne veſtigium quidem Iacobitarum in ullis tam Monophyſitarum, quam Catholicorum monumentis appareat.

VI. Prateolus lib. de ſect. hæret. verbo *Iacobitæ* ex Bernardo Luxemburgo refert, *Iacobum Zanzalum, Iacobitarum auctorem, ſacroſanctam Trinitatem minime credidiſſe, ſed unam duntaxat in divinis eſſe perſonam docuiſſe, adeoque Crucis ſignum digito uno pinxiſſe.* Verum quum antiquorum Scriptorum nemo hunc errorem Baradæo tribuerit, non video, unde Luxemburgus et Prateolus illum eruerint. Qui e Monophyſitis trinitatem naturarum in divinis aſſeruit Ioannes Philoponus, ab omnibus illus ævi auctoribus notatus et exagitatus fuit. Iacobum ergo Sabellianæ impietati monophyſiticam luem miſcentem cur ſilentio præteriiſſent Ephræm, et Anaſtaſius Antiocheni, Eulogius Alexandrinus, aliique, qui intima illius hæreſeos receptacula rimati ſunt, et nullum alium Iacobo, eiusque aſſeclis, errorem, præter monophyſismum, adſcripſere? Audi Nicephorum lib. 18. cap. 52, qui Baradæum circa myſterium quidem Incarnationis erraſſe, non circa

Trinitatem personarum, diserte affirmat. *Hic*, inquit, *Eutychetis, et Dioscori, Cnapheique Petri atque Severi dogmate recepto, magnopere id apud Syros propagare studuit.* Et infra loquens de Iacobitis, eius sectariis: *Postea vero aliud etiam haeresium examen ad se pertraxere, quae Trinitatem consubstantialem credentes, unam naturam post unionem in Christo esse docuerunt.* Consule eiusdem Baradaei Liturgiam apud Renaudotum to. 2. pag. 333, ubi tres in Deo personas non uno in loco agnoscit. Prateoli hallucinatio inde orta, quod Crucis signum a Iacobitis unico digito formari audierit. Verum id fieri ab ipsis, ut unicam in divinis personam designent, testis est locupletissimus David, Pauli filius, Episcopus Iacobita, apud F. Naironum Evopl. pag. 30. cui adde Petrum Meligensem, Petrum alterum Abusciocrum Abicaramum, et Abulbarcatum ben-Cabar, Ægyptios auctores, in Cod. Arabic. Clementino-Vatican. 30. 31. et 2. in priori tom. Biblioth. nostræ p. 626. et 633.

VII. Duplex Iacobi cognomen legitur apud Scriptores. Græci *Zanzalum* vocant, teste Nicephoro loc. cit., ubi hanc causam reddit: *Zanzalus dictus est, propter summam*

mam tenuitatem; fortaſſe a voce *Zalil*, vel *Dhalil* cum Daleth tenui, quæ *pauperem* et *tenuem* inter alia ſignificat apud Syros, atque Arabas. Syri *Burdojo*, et Arabes *Baradei* appellant: cuius cognominis etymon a voce *Burdaato* et *Bardaa*, quæ *clitellam lacerumque pannum* deſignat, petendum eſt: *Baradai enim*, ut inquit Eutychius Alexandrinus tom. 2. Annal. pag. 147, *appellatus eſt, quod ei amictus erat e centonibus al-Baradai, ſeu dorſualium, quæ iumentis inſterni ſolent*, ut indicant etiam verba Catechiſmi Iacobitici, quæ refert Naironus in Evoplia pag. 42. David, Archiepiſcopus Maronita, in libro Conſtitutionum Cod. Arab. Clementino-Vatic. 76. ab urbe *Bardaa* Baradæum dictum exiſtimat: ſic enim ait cap. 1: *Tum Iacobitica* (ſecta), *quæ refertur ad Iacobum, qui erat ex urbe quadam nomine Bardaa, unde dictus eſt Iacobus Baradæus.* Huius urbis meminit auctor Geographiæ Nubienſis Par. 6. Clim. 5, cuius verba refert Naironus Evopl. pag. 42. Verum urbs *Bardaa* longe poſt Iacobum condita eſt, nimirum circa annum Chriſti 705. ſub Abdalmalecho Meruanis filio, teſte Gelaleddino Aſiutenſi in Chronico Chaliipharum Cod. Arab. Clem. Vat. 46.

fol. 80. in hæc verba: *Anno Hegiræ 85 ædificata fuit urbs Ardabel, et urbs Bardaa, quas condidit Abdalazizus filius Hatemi filii Naaman Babelitæ.*

VIII. Scripsit *Anaphoram*, de qua hæc Edenensis cap. 7. num. 9: *Iacobus Baradæus ex monasterio Phasilta, Episcopus Edessæ, a quo gens Iacobitica nomen trahit, condidit Anaphoram, cuius initium, Deus Pater pacis sanctissime.* Extat ms. in Cod. Nitr. 3. fol. 153. prodiit autem Latine per Renaudotum tom. 2. pag. 333.

IX. Abraham Ecchellensis, Faustus Naironus, et ex iis Gulielmus Cave tom. 2. hist. lit. pag. 110, Baradæo adiudicant *Catechesim*, quæ quasi totius fidei Iacobiticæ norma est, inquiunt, et fundamentum. Ex ea quædam profert Ecchellensis in Eutychio vindicato Par. 2. cap. 26. pag. 280. 283. Naironus Evopl. pag. 28. 29. 35. 41. et Dissert. de Maronitis pag. 21. 38. et 39. Extat Arabice, Syriacis tamen literis exarata, in Biblioth. Collegii Maronitarum de Vrbe, hoc titulo prænotata: *Hæc est fides Iacobitarum, qui Syri appellantur.* Initium: *Ait Sanctus Mar Iacobus Baradæus, Archiepiscopus Iacobitarum, Syrorum, Coptorum, et Æthi-*

Æthiopum: postquam dissidia inter Christianos oborta sunt. etc.

Catechesi subnectitur in eodem Codice *Encomium in Iacobitas* fol. 36, ex quo Naironus Evopl. pag. 57 locum citat de processione Spiritus Sancti ex Patre Filioque: inscribitur *Sermo de Fide Syrorum.* Initium: *Fidem Iacobitarum exponere aggredior.*

Demum in eodem Codice fol. 370 Baradæi nomine inscribitur Homilia Arabica de Annunciatione B. M. V. cuius titulus: *Homilia Sancti Mar Iacobi Baradæi, Iacobiticæ gentis auctoris, habita de gloriosa Annunciatione, in qua de unica natura disserit: exponit etiam caput Lucæ Evangelistæ de Annunciatione, cuius initium, mense sexto missus est Gabriel Angelus. Declarat insuper fidem Iacobitarum. Hanc vero homiliam misit Iacobus Antiochiam, ubi magni Apostoli Petri sedes est;* Initium: *In nomine Patris simplicis, et Filii mediatoris, et in nomine Spiritus Sancti Paracliti, unius Dei.*

Verum ut ab hac *Homilia* incipiam, etsi Baradæi nomen præfert, eius tamen genuinum foetum non esse, pluribus argumentis probatur: et primo quidem, quia sermone

 Ara-

Arabico tam eleganti, tam ordinato conſcripta eſt, vocibus etiam ad metrum Arabicum, quo maxime populi illi delectari ſolent, ita accommodatis, ut non ex Syriaco traducta, ſed Arabice primum compoſita videatur. At Iacobus homo Syrus, et in Syriæ meditullio Edeſſa, Syriace profecto ſcripſiſſet, non Arabice, quum is ſermo longe poſt Baradæi ætatem in Syriam invectus fuerit. Deinde exordio utitur pſeudo-Iacobus Chriſtianorum Arabum in morem conformato, qui, Mohametanos Arabas imitantes, ab invocatione divini nominis et diſtincta attributorum Dei enumeratione initium operibus ſuis facere ſolent, quod ab antiquis Scriptoribus Syris obſervatum haud facile invenies. Præterea inter Arabicas voces in exordio Syriacum Dei epitheton miſcet: *ens neceſſarium*, quod ſtatim Arabice reddit, eum plane in modum, quo Italus concionator Latinis quandoque auctoritatibus utitur. Demum quod in titulo promiſit, *de unica* ſcilicet *Chriſti natura* ſermonem hic fieri, eius in Homilia ne veſtigium quidem apparet, in qua poſtquam auctor orthodoxam plane confeſſionem Trinitatis et Incarnationis edidit, Evangelium Lucæ exponere aggreditur absque ulla hæreſeos nota, et in laudibus B. Virginis ſermo-

mo-

monem concludit: id quod catholicum aliquem, non Baradæum auctorem arguit.

Idem dicendum de *Encomio*, quod Homiliæ præmittitur: nam ſtylus Arabicus, quo conſcriptum eſt, quæſtiones de Marone, et Maronitis fol. 116. Baradæi ipſius laudes et Vita fol. 45. et Ioannis Bar-Suſan, Iacobitarum Patriarchæ, mentio fol. 51 convincunt, huius ſermonis auctorem circa ſæculum duodecimum floruiſſe.


Pari ratione *Catecheſis* ex Baradæi operibus reiicienda, tum quia fol. 25 Iacobus Edeſſenus, qui integro poſt Baradæum ſæculo vixit, laudatur, tum quia fol. 33 ad Antiochenum Patriarcham ſpectare dicuntur Palæſtina, Gaza, Azotus, Aſcalon, et aliæ urbes, quæ ad Hieroſolymitanam Sedem pertinent, et a recentioribus Iacobitis contra antiquos Eccleſiæ canones uſurpatæ ſunt.

Meminit huius *Catecheſis* Thomas a Ieſu Biatienſis de Converſione omnium Gentium procuranda lib. 7. c. 15 in hæc verba: *Breviter referam errores omnes, quos ex Catechismo Iacobitarum, qui Romæ in Bibliotheca Cardinalis Sanctæ Severinæ tam in Arabica, quam in Latina lingua conſcriptus habetur, colligere*

ligere potui. Colligit autem errores 36, qui in laudato Collegii Maronitarum Codice extant. Hæc ideo notavi, ut intelligat Renaudotus, Librum hunc a Maronitis haudquaquam esse confictum: huius enim criminis reum Naironum facere videtur tom. 2. Liturg. Orient. in Dissert. de Syriacis Melchitarum et Iacobitarum Liturgiis pag. 23. num. 36, ubi de Ioanne Barsusan Patriarcha loquens, *Iacobitam*, inquit, *illum fuisse, Naironus probat ex Catechesi quadam Iacobitarum, quem Librum nulla, præterquam Maronitarum Bibliotheca repræsentat, et cuius fides valde suspecta est.*



PRAE-



PRAEFATIO.

Fides Christiana in AEgypto sub ipsis Evangelii initiis S. S. Apostolorum, et speciatim D. MARCI præconio et auspiciis olim plantata, pro soli feracissimi indole, egregia protenus incrementa fecerat: nimirum hic loci humaniores literæ Theologiæ famulari primum didicerant: hic AMMONIVS, PANTAENVS, CLEMENS, TATIANVS, ORIGENES, et terrarum orbi par, ATHANASIVS, vt alios prætercam, ortum duxere: hic omnis Ascetica disciplina nata et exculta est: hic temporum putatæ rationes, et solennitatis Paschalis perpetua designatio, quæ exinde per encyclicas literas ad Ecclesias reliquas transmissa; hic demum mensium paucorum spatio centum quadraginta hominum millia sub DIOCLETIANO ob fidem Christianam cæsa, se-

ptingenta in exilium acta, unde AEra Martyrum non immerito obtinuit. Nec certe alibi terrarum felicius pietas Christiana radices egit, donec tertio sæculo ARIVM, et cum eo foedissimam hæreseos lernam protulerat; quibus per Nicænam Synodum, accedente Principum atque Episcoporum orthodoxorum cura, profligatis, statim, nimirum quarto sæculo, EVTYCHES, Monasterii Constantinopolitani Archimandrita, novas res in Ecclesia moverat; et a Concilio Constantinopoli coacto damnatus ad DIOSCORVM Alexandrinum confugiens, causæ suæ patrocinium ab ipso petiit & reportavit, unde labes illa per AEgyptum sparsa, a IACOBO Syro Barradiensi nomen & incrementa deinceps acceperat. Quæ secta exinde magis invaluit sæculo V ineunte Imperium LEONE PARVO, & succedentibus ZENONE ISAVRICO, & ANASTASIO; donec sub IVSTINO & IVSTINIANO in ordinem cogeretur; qui Principes sæculari brachio Concilii Chalcedonensis decreta munientes, Orthodoxis MELCHI-

TA-

TARVM nomen fecere. Cum ergo acrius in dissentientes animadverteretur, & Præfecti Alexandrini in poenis exigendis modum excessissent, accidit per ea tempora, ut Saraceni in AEgyptum facerent impetum; unde exacerbatis diutina iniuria animis, malignius in publicam tutelam accingebantur IACOBITAE; imo cum a sociis Christianis, ac sacri istius nominis hostibus pariter esset timendum, in MAHOMETIS patrocinio refugium quæsivere. Vnde impostor dixisse fertur: Benefacite Coptitis, AEgyptii, sunt enim vobis genere & affinitate iuncti. *Item:* Christiano Coptitæ qui nocet, mihi nocet (*). *Atque utinam importuna persecutio diversa in Fide sentientium per Hungariam, non pariter Christianam rem afflixisset hoc ipso sæculo, miserosque in nefaria castra perpulisset!* Por-

(*) Hanc benevolentiam plane deinceps desiisse, et afflictam valde esse Coptorum hodiernorum conditionem, docet IO. MICH. WANSLEBIVS Voyage fait en Egypte. Paris. 1677. 12. pag. 288 scribens: *Il faut avoüer, qu'il n'y a point de Nation en Egypte, qui soit tant tyrannisée que celle des Coptes.* Plura huc spectantia e WANSLEBIO excerpta vid. in FABRICII Luc. Evangel. p. 754.

Porro cum Iacobitæ AEgyptiaci ſive Coptitæ iugum Mahometicum haud ægre admitterent, a victoribus (**) *habiti, æquiorem ſervitutem Chriſtianis reliquis ſenſere; unde & numero ſunt etiamnum longe potiores, & CYRILLVS, Patriarcha Alexandrinus, in ſua ad UYTENBOGAERT Epiſtola* (***) *An. 1613 perſcripta, affirmat,* decies ſuperare numerum Græcorum; *addito hemiſtichio Homerico: pollaiken dekades devoiato. etc.* *De*

(**) Hic deeſſe aliquid videtur. Forte *mitius*, aut alia ſenſu cum hac conveniens particula.

(***) Extat inter Epiſtolas Arminianorum p. m. 399 ſqq. In ea de Coptis et Iacobitis pag. 410 ſq ſic ſcribit CYRILLVS: „Alia ſecta eſt Coptarum, qui doctrinam DIOSCORI et EVTYCHETIS ſequuntur, ſpurca natio et barbara. „— — *Peſtem* iſtam ſuſtineo in mea AEgypto, „in Magni Cairi civitate, quae cum antea Archiepiſcopatus eſſet Patriarchae Alexandrini, „egoquaſi toto tempore mei Patriarchatus reſidentiam meam ibi poſui, ob temperiem aëris, „multasque alias commoditates, raro me Alexandriam conferens. Ibi ergo Coptae iſti tam „multi ſunt, vt ſi Graeci certatim illis numerarentur, quomodo de Graecis et Troianis ſcribit HOMERVS, decies Coptae numerum ſuperarent Graecorum, et *πολλαί κεν δεκάδες „δευοίατο οἰνοχόοιο.* Multoties iſtos prae-

De illorum præsenti statu, siquidem non modo terrarum tractu ab Europa nostra occidentali, sed & dogmatis suis diffideant, quæ referuntur, aut prorsus fabulosa, aut ex partium studiis parum candida habentur. Nimirum ea Peregrinantium medullis inhæret fingendi libido, ut pro rerum gestarum historiis auditiones admirandas domum reportent: & natis in Religione dissidiis, id unum agitur, ut contumeliis et criminationibus adversarii vincantur. Cum ergo IOSEPHVS ABVDACNVS *in ipsa Cairo natus, vir quidem parvus literatus, sed inculpatis moribus, & rerum in patria sua gestarum testis locuples, brevem Commentarium* de cultu & moribus Popularium suorum *nuper contexuerit, non abs re futurum judicavimus, si publica luce donaretur, præ-*

„cessores mei Patriarchae, ille praesertim MELETIVS, vltimus antecessor meus, vir doctissimus et exemplarissimus, tentarunt ad viam „eos veritatis trahere, at nunquam potuerunt. „— — Iacobitica est vilissima et spurcissima „natio, nec de illa est, quod aliquid scribatur, „nisi quod ob haeresin suam Nestorianam nos „latere non debeat.„ Haec CYRILLVS. Citatus HOMERI locus extat Ιλ. β. 128

praesertim, cum sine magna temporis aut impensarum iactura, & imprimi & perlegi potuerit.

Prodibunt brevi, bono cum DEO, ex Typographeo nostro Evangelii Versio antiquissima lingua & characteribus Copticis (****), *nec non authenticae eiusdem Ecclesiae* Liturgiae (*****), *quae Lectoribus eruditis non ingrata fore confidimus.*

(****) Spem ab Oxoniensibus factam implevit tandem vir doctissimus, DAVID WILKINSIVS, cuius studio promissum opus prodiit hac inscriptione: *Novum Testamentum AEgyptium, vulgo Copticum, Ex MSS. Bodleianis descripsit, cum Vaticanis & Parisiensibus contulit, et in Latinum sermonem convertit DAV. WILKINS, Eccles. Anglicanae Presbyter. Oxoniae e Theatro Sheldoniano, sumtibus et characteribus Academicis.* 1716. 4.

(*****) Harum, tanquam *promissarum*, meminit laudatus FABRICIVS l. c. pag. 752.



HISTORIA



HISTORIA
IACOBITARVM,
seu
COPTORVM,
in AEgypto, Lybia, Nubia, etc.
habitantium.

CAPVT I.
De Nomine Iacobitarum.

Multi antiqui doctores Iacobitarum originem, & eorum, a quibus sunt oriundi, nomen cognoscere desiderarunt: sunt enim multi (1) numero, (sicut postea

(1) De multitudine Iacobitarum, per varias regiones et civitates dispersorum, sic disserit AVB. MIRAEVS de Stat. Relig. Christ. L. II. c. 2. p. m. 134: *Iacobitae dispersi sunt per civitates, terras et oppida Syriae, Mesopotamiae et Babyloniae, et numerum quinquaginta millium familiarum facile excedunt; pauperculi ple-*

poſtea oſtendemus) & multos errores habuerunt, & habent etiam in Religione. Illi non modo *Iacobitæ* appellantur, ſed & *Copti*, atque ab omnibus fere Papicolis in Europa *Chriſtiani per cingulum* nominantur.

Quod ad nominis originem attinet, arbitrantur ſuperius citati doctores, illos accepiſſe hoc nomen ab antiquo eorum Patriarcha Alexandrino (ſunt enim illius ſedis ſubditi); vel ab aliquo Sancto, puta IACOBO Syro Barradienſi. Sed hoc non videtur eſſe certum. In Catalogo enim Patriarcharum, quorum meminerunt in Sacrificio Miſſæ, nulla fit huiusmodi Patriarchæ mentio. Ideoque hæc eſt maxime probabilis omnium ſententia, illos nimirum oriundos eſſe ab antiquo illo Patriarcha IACOB (2), filio ISAAC, filio ABRAHAM, nominato ſæpe

rique ac quotidiano labore victum quaeritantes. In Aleppo tamen et Caramet multae ſunt divites et honeſtarum facultatum familiae, aliaeque mercaturam exercentes. Numerum hunc recentiori aetate valde eſſe imminutum, haec GEMELLI CARRERI verba: *L'on n'en compte preſentement que quinze mille*, docent. Leguntur in Voyage du Tour du Monde T. I. p. 189.

(2) Ob hunc errorem notatur ABVDACNVS in IO. BALTHAS. IACOBI Diſſ. de Sect. Iacobitar. p.

ſæpe in ſacris literis ISRAEL (ut poſtea in altero Coptorum nomine videbitur). Ac ſane ſi hoc veriſſimum non eſſet, multitudo Hebræorum, qui AEgyptum etiam incolunt, Iſraëlitæ, non autem Iacobitæ appellarentur. Sed quia Hebræi (qui per totum

E terra-

7 ſq; nec non ASSEMANI Bibl. Or. T. II. p. 327, et Diſſ. de Monophyſit. §. II, vbi obſervatur, quod ſibi abblandiantur Iacobitae, qui ad propulſandam huiusce nominis invidiam ex IACOB Patriarcha, vel ex S. IACOBO, fratre Domini, originem ſuam falſo petant. In Criminatt. adv. Eccleſ. Lat. ap. IO. BAPT. COTELERIVM Monum Eccl. Graec. T. III. p. 508. ἐξ Ἰακώβου τινὸς μοναχοῦ, *a Iacobo quodam Monacho*, dicuntur trahere appellationem, per quem ſi IACOBVS BARADAEVS intelligitur, non fuit erratum. Ab hoc nomen ſortitos eſſe Iacobitas, recte arbitrantur, praeter meritiſſimum de hiſtoria eccleſiaſtica Theologum, CHRISTIAN. KORTHOLTVM, Hiſt. Eccl. N. T. p. 171, IO. LVDOV. HARTMANNVS Concil. Illuſtrat. P. III. p. 601. ENGELBERT. KAEMPFFERVS Amoenit. Exotic. p. 436. IOB. LVDOLFVS Hiſt. AEthiop. L. III c 8. n. 6. Commentar. ad Hiſt. AEthiop. p. 461. IO. ERN. GERHARDVS Exercit. de Eccleſ. Copt. cap. 6. p. H. b. IO. MORINVS. Commentar. de Sacris Eccleſiae Ordinationibus P. II. p. 402. MIRAEVS l. c. pag. 138. DOMINIC. & CAROL. MACRI Hierolex. p. m. 391, & permulti alii.

terrarum orbem innotefcunt) hoc Ifraëlitarum nomen adepti funt, volunt ab ipfis (quanquam in circumcifione confentiant) differre hoc primo nomine Iacobi, & non Ifraëlis. Adde, quod funt Chriftiani, non autem Hebræi, & id agunt, ut diftinguantur ab aliis nationibus, quæ easdem regiones cum illis incolunt. Non habent igitur alterum generis fui auctorem, a quo Iacobitæ denominentur, nifi fupra citatum Patriarcham. Et hoc ipfemet etiam teftari poffum, me audiviffe in exhortationibus, quæ publice privatimque fiebant, eos vocari Ifraëlitas, & Ifraëlis gregem.

De fecundo Nomine.

Appellantur quoque, ut fupra diximus, *Copti*, ab oppido Thebaidis celebratiffimo (3), ut pote quod commune eft AEgyptiorum & Ara-

(3) Idem fentit ATHANAS. KIRCHERVS Prodr. Copt. p. 7. 9. 11 fqq. Neque improbanda videtur haec opinio GERHARDO l. c. cap. I pag. A. 2. fq. Alii vero aliter iudicant. Sunt enim, qui vel in corrupta ipfa *Iacobitarum* appellatione, *Cobitarum*, vnde *Copti*, aut *Coptae*; vel depravato *AEgyptiorum*, vnde *Gyptii*, *Kupti*, *Gophti*, et tandem *Copti*, nomine originem huius vocis quaerunt. Neque defuit, qui ad

Arabum emporium, vergens ad mare rubrum, quod & toti AEgypto nomen dedit, nimi-

E 2 rum

Coptum, Misraimi filium, provocarit. Leg. FABRICIVS l. c. pag. 739 sq. Idem commemorat nonnullos, qui ἀπὸ τοῦ κόπτεσθαι Coptorum nomen malint derivare, quod AEthiopum instar circumcidantur. In his est memoratus CYRILLVS, qui l. c. pag. 410 diserte scribit: *Coptae dicuntur, quia se circumcidebant, at modo non se amplius. Ratio, quae illos ab hoc proposito, ab ipsoque facto semovit, est, non quod ut dicunt) irritum sit, contraque legem, dummodo & ipse Christus Dominus circumcisus est, sed quia caeteris Christianis, cum se non circumcidant, daretur occasio deridendi illos.* Negat vero KIRCHERVS l. c. pag. 10, vbi affirmat, quod Κόφθος (pro Κόπτος) nihil aliud sit, quam a Mahometanis confictum vocabulum, quo Christianos AEgyptios, seu Monachos, aliosque religiosae vitae sectatores, Cophthos, quasi dicas *incisos*, per contemtum appellare soleant. Idem l. c. contradicit isti sententiae, qua Copti a primo AEgyptiorum Rege, *Chibth*, denominantur. Conf. IO. MORINVS loc. cit. p. 440, vbi, post recensitas varias sententias, suam his dicit verbis: *Forsan probabilius est, Cophtitas dictos esse AEgyptios per aphaeresin prioris syllabae, quasi Gyptios.* Quicquid autem huius rei sit, hoc certum, quod tam Syris, quam AEgyptiis, Iacobitarum nomen fuerit commune. Probat hoc ex ANASTASIO SI-

rum ut sit *aia guptos*, sive *koptos*, vel *tées Kopton*.

De tertio Nomine.

Miraberis fortasse, nec immerito, qua de causa ab Europæis *Christiani della Ceintura*, hoc est, *Christiani per Cingulum*, appellentur. Desines forte mirari, ubi noveris causam. Copti itaque (uti postea pluribus verbis in Capite de Sacramento Baptismatis ostendemus) in receptione Sacramentorum cingulo quodam utuntur, quo Sacerdos eum, qui Sacramenta recipit, solet cingere (4), & hoc quidem vocant cingulum castitatis, ut CHRISTVS ait in Evangelio

NAITA, NICEPHORO, EVTYCHIO, ABVLPHARAGIO, etc. qui in res Iacobitarum magno inquisivit studio, ASSEMANVS Diss. cit. §. II.

(4) Alia est coniectura CHRISTOPH. FVHRERI Itiner. in Orient. p. 194. nomen scilicet *Christianorum della Cintura*, aut *Ceintura*, inde ortum esse, quod Iacobitae templum ingressuri sese cingere soleant zona, in qua crucis figura expressa. Maronitas Hierosolymitanos eodem nomine fuisse insignitos, IO. LEVNCLAVIVS Chron. Turc. P. II. p. 130. observavit.

lio (5), Ab hoc ritu hocce nomen sortiti sunt.

CAPVT II.

De Coptorum Antiquitate.

Hactenus quidem de nomine & origine Iacobitarum disseruimus. Et quandoquidem a Patriarcha IACOBO eos probavimus oriundos, sequitur sane necessario, si de antiquitate quæras, eos longe præcessisse Salvatorem ac Dominum nostrum, IESVM CHRISTVM. Post vero eius adventum (ut Ecclesiastica Historia narrat) a Divo MARCO (6), qui in Alexandria concionabatur, ad fidem conversi sunt. Vbi vero passus est martyrium MARCVS, cui ipsi adhæserant, acceptam ab eo fidem per totam Alexan-

 driam,

(5) Vellem, addidisset *ABVDACNVS* locum, ad quem digitum intendit. In verbis Salvatoris Matth. X. 9. Marc. VI. 8. mentio fit zonae, aut cinguli, quod pecunia vacuum esse iubetur. Hoc qua ratione per *cingulum castitatis* fuerit expressum, intelligens Lector ipse iudicet.

(6) Conf. *IO. ERN. GERHARDI* Exerc. de Eccles. Copt. c. 4. *GVIL. CAVE* Antiquit. Apost. p. m. 620. 625 sq.

driam, AEgyptum, Lybiam, Nubiam, etc. in quibus regionibus hoc etiam tempore habitant, disperserunt. Sed si de numero quæras, respondeo, plures sane fuisse in primitiva Ecclesia, antequam Turcarum imperio & eorundem barbariei subditi forent, & in eos Mahometani suam exercerent tyrannidem. Sed præter has regiones, quæ Iacobitis, sive Coptis refertæ sunt, reperiuntur etiam nonnullæ aliæ, quæ iisdem non carent, quemadmodum AEthiopia tota, & pars insulæ Cypri, & ita quidem, ut ipsos differre faciat regio, non autem religio. Alexandrinus enim Patriarcha (7) omnes supra allatas

(7) Duos Iacobitarum Patriarchas, *Alexandrinum* & *Antiochenum*, historici orientales memorant. Illi AEgyptum, Thebaidem et AEthiopiam (AEthiopes enim agnoscere Iacobitarum nomen, idque sibimet ipsis imponere, e monumentis eorum probat *LVDOLFVS* Comm. ad Hist. AEthiop. p. 462; *KIRCHERVS* autem l. c. pag. 37 de Coptitis annotat, quod, *praeter Alexandrinum Pontificem, seu Patriarcham, neminem alium agnoscant Ecclesiae Praesidem*); huic reliquas orientis regiones, in quibus commorantur Iacobitae, assignant. Cum horum relationibus non sine temporum distinctione videntur conciliari posse sequentia *MIRAEI* l. c. p. 134 verba: *Ecclesia Patriarchalis huius nationis* (Iacobitarum) *est in Mesopotamia,*

latas regiones in spiritualibus regit, dat ipsis Metropolitas et Episcopos, & eiusmodi homi-
E 4 nes.

extra vrbem Moradin, *in monasterio* Zafran: *sed Patriarcha reſidet in vrbe* Caramet, *ad maiorem ſui ac ſuorum commoditatem et quietem. Sub eius obedientia viuunt hodie Ieroſolymitanus et Muſalenſis Metropolitani, Damaſcenus, Edeſſanus, Cyprius et Caramitanus Archiepiſcopi, itemque Epiſcopi in* Atafra, Salach, Tarach, Maaden, Hartbert, *et alii non pauci.* De Patriarchis Alexandrinis data opera commentatus eſt *IO. BAPT. SOLLERIVS*, Loiolita, in libro, quem recenſitum vide in Act. Erud. Lat. 1709. p. 536 ſqq. Praefert ille hanc inſcriptionem: *Tractatus Hiſtorico-Chronologicus de Patriarchis Alexandrinis; acceſſit Appendix de initiis, erroribus et inſtitutis Copto-Iacobiticis.* Antverp. 1708. fol. Huius ſtudium ſuperavit *EVSEB. RENAVDOTVS* confecto eiusdem argumenti libro, in Relatt. In noc. 1714. p. 997. Act. Erud. 1714. p. 489 ſqq recenſito atque laudato, qui inſcribitur: *Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum Iacobitarum ad praeſens vsque tempus.* Pariſ. 1713 4. Patriarcharum autem, qui Sedem Antiochenam rexerunt ab initio ad noſtram vsque aetatem, poſt PETRVM BOSCHIVM, Ieſuitam, cuius extat, in iisdem Actis 1726. p. 197 ſqq eleganti compendio exhibitus, *Tractatus Hiſtorico-Chronologicus de Patriarchis Antiochenis, tam Graecis, quam Latinis, imo et Iacobitis, vsque ad Sedem a Saracenis everſam.* Antverp. 1725.

nes. Atque ipsis vicissim Iacobitis, qui in urbe Cathedrali habitant, nefas est quenquam eligere, aut consecrare Patriarcham, nisi prius eorum sententiis et suffragiis approbatum. Et de his quidem hactenus.

CAPVT III.

De Regimine eorum spirituali.

Satis hactenus (ut videtur) de Iacobitarum nomine & origine disseruimus. Iam agendum de regimine et foro spirituali. Sed antequam rem aggrediar, prius te monitum volo, Coptas eadem libertate non ubique frui. Qui enim a Mahometanorum, sive Ethnicorum iure simul & iniuria tuti sunt, maiori libertate donantur in Ecclesiæ regimine, & tali quidem, quali utuntur Papicolæ & Græci, ut multi narrant Historiographi. Qui vero in AEgypto, Lybia, Nubia, Thebaide, etc. habi-

4, notitiam suppeditat *ASSEMANVS.* Bibl. Orient. T. II. pag. 321 sqq, vbi p. 325 centesimus trigesimus Patriarcha est *ISAACVS, qui,* reddo verba Assemaniana, *post GEORGII obitum, usque in praesentem annum* 1721 *Iacobitis praeest.*

habitant, & Turcarum tyrannidem ferre coguntur, iussaque barbari Imperatoris adimplere, tam liberi sane non sunt. Iam vero quomodo regantur in spiritualibus, paucis ac breviter expediemus.

Apud Iacobitas summa est Patriarchæ, quem vocant, dignitas. Potestatem vero sumit a Prorege, sive Bacha, qui AEgypto Imperatoris vice præest. Munus itaque eius est, in Christianos potestatem suam (in spiritualibus scilicet) exercere. Verbi gratia, si Iacobita aliquis Græcorum religionem, Papistarum, Armeniorum amplectatur, propria derelicta, tunc potest, imo debet, illum in ius vocare. Si vero Mohametanus factus fuerit, tunc non potest. Sunt enim illi rerum Domini, nec licet Christianis reluctari adversus eos, quibus inserviunt. At si in illis regionibus degat, quæ Turcis minime parent, veluti in AEthiopia, potest eum vocare, & rationem exposcere, quare a religione discesserit, vel sane anathemate ferire. Sed raro fit hoc hisce temporibus. Timet enim Patriarcha, ne, qui fuerit in tali periculo, Mahometanus fiat, ubi nulla est salus: non enim curant illi salvari in CHRISTO & per CHRISTVM. Et hoc tantum iuris non possidet. Porro securus non est de iis, quæ ad Ecclesi-

am pertinent, cuiusmodi ſunt primitiæ, decimæ, feoda pro matrimoniis, item eleemoſynæ, quas Chriſtiani in lecto decumbentes, ac morti proximi impertiuntur, aut impertiendas relinquunt; item ea, quæ ſolent dare ii, qui recipiunt Sacramenta, ſcilicet S. Ordines, Confirmationem, &c: de his enim nullam poteſt movere controverſiam cum ſubditis. Si poſſint aliquid dare, ac, quod conſtitutum eſt, perficere, nec ne, non multum intereſt: expectare debet morum liberalitatem, ſeu charitatem. Atque hoc quidem de ſpirituali regimine, quo ii, quibus Turcæ imperant, utuntur.

CAPVT IV.

De Electione Patriarchæ (8), Epiſcoporum, etc.

Vbi obiit Patriarcha, qui clavum gerebat in ſpiritualibus, domus cathedralis Canonici poſt ipſius funera omnes ac ſingulos publice

(8) Quinque in hac Electione obſervanda eſſe, 1. electionem per ſortem. 2 quod electus non ſit Epiſcopus. 3. Fidei profeſſionem. 4 Epiſtolam Synodicam ad alterum Patriarcham. 5. Nominis mutationem, docet *RENAVDOTVS* T.I.

ce hortantur, ut DEO preces fundant, eumque rogent, ut auxilietur singulis per Spiritum sanctum, quo eligatur novus Ecclesiæ suæ Rector, gratus illi, gratus hominibus. Inde statim literas mittunt, ac vocant Archiepiscopos et Episcopos omnes; qui ubi convenerunt in Domo Cathedrali, eligunt aliquem ex senioribus Monachis, qui in eremis habitant, ac poenitentiam, ieiunium, castitatem, & omnia, quæ pertinent ad mortificationem carnis, rigide videntur servare & observare. Vbi vero electus fuit aliquis, illi minime aperiunt, (quam primum enim novit quisquam, se ad illam dignitatem vocari, fugit, nec libenter accipit munus) sed vi capiunt illum, et in urbem ducunt, multisque pre-

Liturg. Orient. p. 383 sqq. Singula prolixe descripsit *ASSEMANVS* Diss. de Monophys. §. VIII. Idem exposuit reliqua ad Patriarcham spectantia, Titulum, et Diploma Regium, *Sigilion*, aut *Sigillum* a *BAR-HEBRAEO* dictum. In Fidei Professione multi reiiciuntur haeretici, nominatim *SIMON* Magus, *ELYMAS*, *MENANDER*, *BASILIDES*, *CARPOPOCRATES*, *EBION*, *PHOTINVS*, *MANES*. etc. Nominis mutationem coepisse an. 878, quo *IOSVE*, Patriarcha factus, nomen *IGNATII* adscivit, docet *BAR-SALIBAEVS* in Notit. Patriarchar. *Antiochenor*. ap. *ASSEMANVM* Bibl. Or. T. II. p. 325.

precibus rogant, ut dignetur, esse Pastor Ecclesiæ, cum a Spiritu Sancto per Archiepiscopos & Episcopos electus sit. Ipse vero multis & verbis & lacrymis reluctatur, seque tanto oneri non posse sufficere, nec parem se esse, profitetur. Tandem, veluti precibus victus, suscipit onus. Illico ad Proregem ducitur, qui AEgypto tum temporis præest, a quo Iacobitarum Patriarcha constituitur (9), conceduntur & ea, quæ primo petit,

(9) In primis vero etiam requiritur, vt consentiat Primas Orientis, *Maphrianus* dictus, quo inconsulto Patriarcha creari non potest. *GREGORIVS BAR-HEBRAEVS* Chron. ap. *ASSEMANVM* B. O. T. II. p. 259 ex ipsius Maphriani confessione refert, *ab antiquis temporibus definivisse sanctos Patres, nec Patriarcham sine Maphriano, nec Maphrianum sine Patriarcha constitui fas esse.* Eiusmodi Iacobitarum Maphriani prolixe describuntur ab *ASSEMANO* l. c. pag. 414--462. Eodem p. 215 iudice, Maphriani apud Iacobitas dignitas est Patriarchali inferior, Metropolitica maior. Is quoque in Diss. de Monophys. §. VIII de dignitatis Maphriani institutione, quam primum gessisse, & an. 629 Primatialem, vt vocant, sedem fixisse, *MARVTHAS* dicitur: de Episcopatibus Maphriano subiectis: de sede eiusdem, Tagrit, sive Martyropoli, docte commentatur. Titulum Maphriani derivat a verbo *Aphri*, quo *foecunditas* designatur; vnde *Maphriono*, seu, vt

petit, ut possit nimirum Ecclesiam regere secundum mores & instituta maiorum. Et hæc quidem de Electione Patriarchæ.

Agamus iam de Episcopis. Illi siquidem eodem fere pacto, quo Patriarchæ, eliguntur. Per vim enim capiuntur, & ad Patriarcham deducuntur, qui monet, ne diutius tam sacrum munus reiiciant, sese oneri (10), meminerintque, se a Spiritu sancto & vocatos & electos, eundem, quicquid fuerit arduum ac difficile, facile redditurum. Ubi consenserunt, simili modo datur illis a Patriarcha, vel Prorege facultas, ne cuiquam subditorum iis reluctari, aut in aliquibus adversari liceat.

Vbi vero eligitur Archiepiscopus, convenit Patriarcha cum Canonicis, qui habitant in domo Cathedrali, atque ubi elegit eum, dat illi literas authenticas, quod & Prorex facit,

Orientales Syri proferunt, *Maphriana*, id est, *foecunditatem tribuens*: quia nimirum Pater „Patrum est, Episcopus Episcoporum Orientis, „quos ipse ordinat, ac veluti filios pater gignit.

(10) Hic deest in editione Oxoniensi verbum, supplendum haud dubie per *submittant*, aut aliud huic simile.

cit, ac talem poteſtatem, qualis dari ſolet Archiepiſcopis, & poſt ipſius conſecrationem mittit illum in provinciam, quam ſortitus eſt.

Eadem eſt ratio de Canonicis Presbyteris, Prioribus Conventuum; qui quidem omnes primo reluctantur, tandem vero velut precibus victi acquieſcunt. Ex hisce nulli a Turca hanc auctoritatem accipiunt, aut ſaltem illius confirmationem, niſi Abbates & Priores Conventuum. Alii eiusmodi auctoritate non indigent, cum ſint ipſi ſubditi Patriarchæ, vel Epiſcopo alicui.

CAPVT V. a.

De Conſecratione Patriarchæ, Archiepiſcopi & Epiſcopi.

Cum minime quotidianum, ſed rarum ſit conſecrare Patriarcham, de Conſecrationis ordine pauca breviter narrabimus. Vbi præceſſit electio Patriarchæ (de qua ſuperius egimus), in Eccleſia Cathedrali & omnibus aliis indicatur conſecrationis dies; illa Cives omnes, & ii, qui ſunt in urbe Memphis, extraneique multi in Eccleſiam, in qua debet fieri conſecratio, conveniunt. Neque tantum Chri-

Chriſtiani, ſed & multi Principes Turcæ & Mahometani illuc concurrunt: rem enim cum raram, tum viſu maxime dignam exiſtimant. Conſecrationis hic eſt ordo.

Media nocte, incepta Miſſa, ac poſt Introitum, Epiſcopus unus e ſeptem, qui Introitum inchoaverat, recedit, & Sanctuarium ingreditur, ſecundus vero inchoat reliquam Miſſæ partem; ſecundo ſuccedit tertius, qui itidem ſuo in celebratione Miſſæ munere fungitur: tertio quartus, & ſic de ceteris usque ad ſeptimum; qui ubi Exordium, ſive Præfationem cecinit, relinquit Miſſæ partem alteram, ſeque confert cum reliquis in Sanctuarium, (de quo in ſequenti capite) in quo ſeptem ſunt gradus in circuitu, atque in medio altare, ſupra quod Miſſa celebratur, continet: ſingulis vero gradibus inſiſtunt ſeptem Epiſcopi recti ſinguli ſupra unumquemque gradum, habitu Pontificali & Mitra ornati. Ac tunc Canonici & Miniſtri cæteri, qui miniſtrant in Sanctuario, accerſunt Patriarcham cum ephod laneo in capite, & induſio lineo & cingulo, de quo ſupra in tertio nomine Iacobitarum. Cumque accedit ad primum Epiſcopum, qui ſtat in primo gradu, legit periocham aliquam ex libro Pontificali, qui appoſitus fuerat Patriarchæ capiti, dans illi ſcilicet animum & ſpem

ſpem in Deo, ut Deus det illi gratiam, qua poſſit regere Eccleſiam ſuam. Poſtquam legit Periocham, quæ deſignata fuerat, afflat illi ad os, dicens, *Sume ſpiritum ſanctum*, quo peracto mitram illius ex capite aufert. Sic ſecundus in ſecundo gradu, tertius in tertio, & ſic de ceteris, ad ſeptimum usque. Cum vero ad ſeptimum pervenit gradum, ſeptem Canonici domus Cathedralis afferunt illi veſtem Pontificalem, & eorum unusquisque veſtis partem, qua ſe induat, porrigit, (primus dat illi linteum quoddam, quod humeris debet imponere, ſecundus induſium, tertius cingulum, & ſic de ceteris) idque addita periocha quadam peculiari, ac veſtis partibus ſingulis deſtinata, donec omnes ſuum munus abſolverint. Poſtquam vero Pontificiam veſtem induit, ſedet in graduum cacumine, & omnes Epiſcopi mitram auferunt; ipſe vero imponit aliam capiti, Epiſcopique & Canonici omnes manui eius dant oſculum, obſequium promittentes. Quo peracto, Patriarcha ipſe a gradibus deſcendit, Miſſam conſecrare incipit, & Sacramentum Euchariſtiæ omnibus iis, qui miniſtrant in Sanctuario, Epiſcopis, Canonicis, Archidiacono & Subdiacono miniſtrare. Et hactenus quidem de Conſecratione Patriarchæ. De

De Episcopis (11) si quæras, peculiare nihil adhibetur, nisi quod in Libro Pontificali designatum est. Et has ceremonias Patriarcha solus Missam celebrans, una cum Ministris, qui inserviunt, efficit: postea vero omnes Episcopi ipsius subditi, (scilicet Archiepiscopi) vel saltem tres, inflexo genu manum eius sedentis super cathedram ad sinistram Patriarchæ osculantur: et hoc fit tantum ante consecrationem Sacrificii Missæ.

Eadem est ratio consecrandi Episcopum (12). Consecratur scilicet a Patriar-

 cha

(11) *Archiepiscopis* haud dubie h. l. legendum, etsi editio Oxoniensis habeat *Episcopis*.

(12) Octo ad consecrationem Episcopi pertinentia e „*Pontificali Syriaco* recenset *ASSEMANVS* „Diss. cit. §. IX. Haec sunt: 1. *Fidei professio*, quam „ipse Electus scribit, legit & praedicat. 2. *quod* „*absque tribus aut duobus Episcopis secundum* „*canonem non ordinatur*. 3. *quod Episcopi in* „*eius consecratione ministrant*: id est, Dia„conorum aliorumque Clericorum munere „funguntur. 4. *quod Evangelium super eius* „*caput legitur & aperitur*. 5. *Paramenta, qui*„*bus induitur*: nimirum *Cuculla nigra*; *Ami*„*ctus phrygio opere*: *Planeta* in modum Pluvi„alis Latinorum; et *Orarium*, seu stola magna, „loco Homophorii Graecorum, & Pallii Latino„rum. Annulum autem in digito non gestant,

cha eodem tempore, nec praeterea quicquam fit, præter id, quod pertinet ad Episcopos; afflat nimirum Patriarcha, iubens, ut accipiant Spiritum Sanctum.

CA-

„nec Crucem ad pectus, nec Mitram in capite: „quorum tamen vsus apud Syros Maronitas vsque ab initio octavi saeculi inductus fuit, & apud eosdem Iacobitas ad Catholicam Ecclesiam „conversos temporibus *ANDREAE* Patriar„chae circa finem saeculi proxime elapsi. 6. *Al„tera Proclamatio:* quum scilicet Patriarcha „Electum in fronte cruce signat, inquiens: *Ordi„natur in Ecclesia sancta Dei N. Episcopus vel „Metropolita Ecclesiae sanctae N.* Primam au„tem Proclamationem vnus ex Episcopis assisten„tibus intonat, dicens: *Gratia divina* etc. id„que antequam Patriarcha manum Electo impo„nat: in quo Iacobitae cum Coptis quidem con„veniunt, apud quos Archidiaconus dicit: *Gra„tia divina* etc. quum Episcopus Electo manum „imponit; discrepant vero a Graecis & Maroni„tis, in quorum Pontificali ab Episcopo ordinante „ea Proclamatio dicitur. 7. *Altera Evangelii „lectio*, quae ab Electo recitatur, postquam Pa„ramentis Pontificalibus indutus fuerit, & Thro„no Episcopali impositus: nam primam ex E„vangelio lectionem Patriarcha ipse recitat, an„tequam ab Electo formulam fidei excipiat. 8. „Demum *Baculus Pastoralis*, *quem* Electus *ac„cipit.* Cum his conferatur *Ordo Chirotoniae*, seu *Ordinationis Episcoporum*, ap. MORINVM

CAPVT V. b.

De Consecratione Sacerdotum, Diaconorum & Subdiaconorum (13).

Fit ea secundum ordinem Papicolarum, Græcorum scilicet, de qua consecratione in Sacramento Ordinis breviter narrabimus.

l. c. pag. 413 sqq, vbi inter alia p. 415 refertur, quod Episcopus ordinatus circumferatur tribus vicibus, & vnaquaque vice Patriarcha exclamet: *Dignus!* Quanta caeteroquin sit Episcoporum apud Iacobitas copia, apparet ex accurata & prolixa Episcopatuum Iacobitarum notitia, quam *ASSEMANVS* l. c. ordine alphabetico suppeditavit. Horum numerus vltra CL sese extendit.

(13) Vndecim in Ecclesia Iacobitica Ordines, qui peculiarem habent consecrationem, e Pontificali Syriaco recenset *ASSEMANVS* Diss. cit. §. X. Hi sunt: 1. *Psaltes*, seu Cantor. 2. *Anagnostes*, seu Lector. 3. *Hypodiaconus*, seu *Subdiaconus*. 4. *Diaconus*, seu Minister. 5. *Archidiaconus*, seu princeps ministrorum. 6. *Presbyter*, seu Sacerdos. 7. *Chorepiscopus*. 8. *Periodeutes*, seu Visitator. 9. *Episcopus*,

CAPVT VI.

De Forma Templi.

Iacobitarum Templa ab aliis, ſive Europæis, ſive aliis, aliquo modo differunt: quemadmodum & aliquibus ceremoniis utuntur, quibus Chriſtiani alii uti minime ſolent. Hunc igitur in modum ſtructa ſunt, ut habeant tres Plateas ſive Alas, & tria Sanctuaria. In prima platea, quæ Sanctuario medioximo adiacet, omnes Eccleſiaſtici, Nobiles & Cantores manent; in ſecunda plebeii & pauperes omnes; in tertia feminæ. In Sanctuario vero Sacer-

10. *Metropolita.* 11. *Patriarcha.* Pſaltes, Anagnoſtes & Hypodiaconus dicuntur ordines minores, de quorum ordinationis ritibus, quos inter eſt *Tonſura*, varia annotantur. Obſervatur etiam, quod propter defectus naturales nemo officio ſacro indignus iudicetur: *non enim*, haec e *BAR-HEBRAEO* affertur ratio, *corporis defectus deturpant hominem, ſed ſordes animi.* Surdi tamen & caeci excipiuntur, non quod immundi ſint, ſed ne per eos Eccleſiaſtica officia (ad quae referuntur etiam *Horae Canonicae*) impediantur. Docetur porro, quod *Matrimonium Sacerdotum & Diaconorum* a Iacobitis admittatur, dummodo ante ſacrorum ordinum ſuſceptionem fuerit contractum.

Sacerdos ſolus & Miniſtri, ſcilicet Diaconus & Subdiaconus; reliquis ingredi nefas, niſi habeant ordines maiores ſacros. Et hoc de Sanctuario maiori, quod in medio aliorum collocatum eſt. Alia vero duo Sanctuaria ſunt ab utraque parte maiora, ubi vulgo ſolet miniſtrari. Iis utuntur Iacobitæ in Dominica Palmarum & Feſto Natalis Ieſu Chriſti: cauſam videbis in ſequenti capite. Præter tres plateas ſupra allatas ſunt & loca alia peculiaria, vel pro Sacriſtia, ubi Sacerdos & Miniſtri ſacra veſtimenta induunt, vel pro Lipſana & Sanctorum reliquiis, nec non pro eorundem imaginibus, quibus maxime dediti ſunt; vel pro fonte Baptiſmatis, etc. Et hæc omnia loca ſunt in Platearum ſupra dictarum circuitu. In tertia vero platea, ubi feminæ manent, eſt & aliquando Piſcina in medio, quæ ſingulis annis in Feſto Epiphaniæ adimpletur aqua: ſed & de hoc in ſequenti capite dicemus. In tribus Plateis iſtis ſunt etiam Oratoria, quæ aliis Religionibus, ut pote Æthiopum, Armeniorum, Chaldæorum, Græcorum, etc. inſerviunt: in iſtis diebus feſtis Miſſam celebrare ſolent.

CAPVT VII.

De Ceremoniis Eccleſiaſticis.

Peculiares quasdam Ceremonias habent

illi ab aliis populis plane discrepantes, quas se a maioribus accepisse iactitant, & in hodiernum diem diligenter observant, ut nefas sit vel latum unguem ab illis discedere. Tales sunt illæ, quæ solent fieri diebus Dominicis, & aliis Apostolorum, seu Martyrum festis. Scilicet die Sabbathi ante Dominicam, vel die illa, quæ festum alicuius Sancti præcedit, omnes in Templum nudis pedibus conveniunt, sive sint viri, sive foeminæ, quiqui possunt, pallium aliquod coopertorium afferunt, quo in Templo nocte illa dormientes sese tegant & cooperiant. Templa habent in terra storeis vel tapetibus contecta, secundum loci dignitatem; & postquam vesperæ & completorium celebratum est, omnes in Choro, cum Clerici, tum Sæculares, una canunt orationes ad vesperas & completorium pertinentes; postea vero sese conferunt in diversa loca viri & foeminæ, ut dormiant (clausus tamen est circuitus plateæ foeminarum, ne homines & foeminæ simul sint), præter eos, qui manent prope Templum; illi enim in suis ædibus cubant, & ante auroram per unam aut alteram horam, vocati prius a Clerico quodam, adveniunt; ipsique, qui in Templo dormiunt, & omnes, qui ordines sacros adepti sunt, maiores vel minores, se cingulo (de quo supra in primo Capite diximus) cingunt, & in Chorum

rum ſe conferunt, incipiuntque matutinas canere, poſtea hymnos, & horas canonicas omnes (ſcilicet primam, tertiam, & nonam), quæ quidem veſperarum & matutinarum horæ complectuntur ac continent quadraginta octo Pſalmos, omnes Arabica lingua recitatos alternatim. Pſalmum canunt ſinguli, (ſcilicet Sacerdos, & maiores populi) præter lectiones cum Evangelio, quæ prius lingua Coptica recitantur, poſtea vero Arabica, ut omnes, qui adſunt, poſſint percipere. Orationes ſolæ Coptica lingua recitantur, quibus peractis inchoat Sacerdos Miſſam, una cum Diacono, Subdiacono & Acolythis (14), (qui ſemper

(14) *Acolythos*, ſive, vt rectius ſcribitur, *Acoluthos*, (nam praeferenda eſt notatio, qua a verbo Ἀκολȣθέω, *Sequor*, deducitur, quia hoc nomine in veteri Eccleſia ille inſigniebatur miniſter, qui cereo accenſo ſequi debebat Diaconum, quando ad canendum Evangelium incedebat vid. ISIDORVS Origg L. VII, c. 12. IO. ANDR. SCHMIDIVS. Lex. Eccl. p. 14 MACRI l. c. pag. 8, alteri, qua ab *α* privativo & Κολύω, *Probibeo*, derivatur, & per *Non-prohibitum* declaratur) Orientalem Eccleſiam *primis maxime temporibus* penes ſe habuiſſe, *IAC. GOARVS* Nott. ad Εὐχολόγ. pag. 238 obſervat. Quod ſi autem vera ſunt, quae ſcripſit *ABVDACNVS*, Acoluthi recentioribus quoque temporibus Orientali Eccleſiae non defuerunt.

in celebratione Miſſæ debent adeſſe) ac ubi omnes ſeſe ſupplices terræ inclinaverunt, introitum lingua Coptica recitat Sacerdos ante ianuam Sanctuarii. Hoc peracto Sanctuarium ingreditur una cum Miniſtris in manu thuribulum habentibus, ac ter circuit altare, benedicens illi. Poſtea vero Clericus ad Sanctuarii ianuam accedit cum hoſtia, vino & aqua, quæ quidem omnia, magna modeſtia, ab illo accipit Diaconus in Sanctuario, & coram Sacerdote illa ponit. Sacerdos vero omnia iſta ordine diſponit, ut conſecrentur, poſtea quasdam Orationes & Hymnos incipit, ac populus canentis vocem voce ſequitur; ſi vero extent narrationes aliquæ ordinariæ alicuius Sancti, vel diei feſti, illas ſacerdos lingua Coptica recitat: quibus peractis Subdiaconus primam Epiſtolam aggreditur, quæ quidem Epiſtola ex Veteri Teſtamento fuerit, eamque Coptica lingua recitat, poſtea Subdiaconus alter Arabice recitat duas Epiſtolas, quarum altera ex Paulo Apoſtolo deſumitur, altera ex Catholica; & quibusdam orationibus & hymnis recitatis, Evangelium, quod ſolet illa die legi, recitat. Poſtea præfationem Coptice ſolenniter ſacerdos inchoat, quam ſolus ſacerdos in ſanctuario coram omnibus, elata claraque voce, Copti-

ce

ce recitat. Vbi hæ orationes, quæ fiunt ante Confecrationem, peractæ funt, panem & vinum, populo religiofe auscultante, confecrat. Confecratione facta, facerdos ipfe primo facramentum fumit, poft eum Diaconus, Subdiaconus, & alii Miniftri; fi vero adfint aliqui ex populo, eiusdem hoftiæ partem illi communicat facerdos, & Cochleari (15) argenteo, vel aureo fanguinem iisdem miniftrat Diaconus, ita ut omnes ifti unius hoftiæ debeant fieri participes, quæ unam panis libram ad minimum æquat. Sed ante diftributionem facramenti, facerdos calicem tenens, & Diaconus hoftiam in patera ferens, egrediuntur e Sanctuario ambo fefe invicem refpicientes, ita ut is, qui præcedit, cancri more incedat, Sacerdos nimirum converfus ad Diaconum, qui fequitur; ficque per Chorum tranfeunt, inde per duas fupra allatas plateas: poftea vero fimili modo, id eft, Diaconus retrorfum, converfusque ad Sacer-

 dotem,

(15) *Cochlear*, Graecis Λαβὶς dictum, quod erat olim inter vafa ecclefiaftica & in S. Coenae adminiftratione adhibebatur, quomodo fuerit comparatum, omnium optime docet eius figura ap. *GOARVM* l. c. pag. 152. Per hoc Cochlear Coptitas myftice fignificare Lanceam Chrifti, tradit KIRCHERVS l. c. pag. 31.

dotem, redeunt in Sanctuarium, & populus, qui adest, supplex capite nudo in genua procumbit; quibus omnibus peractis, duarum aut trium horarum spatio, aut circiter, Sacerdos lavat calicem ac pateram cum manibus simul, bibitque aquam illam, manibus prius minime exsiccatis, & manet ad Sanctuarii ianuam, omnesque ad illum concurrunt, ipse vero faciem eorum tangit, benedicens illis; atque cum e templo egredi incipiunt, Chorus hymnos & psalmos lingua Coptica canit, Clericus vero quidam manet ad ostium templi, cum calatho pleno hostiis non consecratis, & singulis unam dat.

De duobus Sanctuariis extimis, de quibus supra diximus, in Forma Templi. Cap. 6.

Ter tantum per annum illa usui inserviunt, in Festo Nativitatis quidem ter; tres enim Missæ illa die celebrantur, ac necesse, ut tres Sacerdotes sacris operentur, & unus in suo Sanctuario Missam unam tantum celebret. Secundo in *Dominica Palmarum*, quæ dies valde solemnis extat apud illos: & denique Festo Exaltationis Sanctæ Crucis similiter.

militer. In his igitur tribus Festis tres Cruces ex ramis Palmarum conficiunt Sacerdotes, atque singulis Sanctuariis uni benedicunt, & hoc facto, Processionem, una cum illis, qui sunt in Ecclesia, faciunt, ac Cruces in fluvium coniiciunt, aliosque ramos benedictos in ædibus asservant.

De *Piscina*, quæ est in tertia platea, ubi foeminæ manent, si quæras, illa in Festo Epiphaniæ aqua adimpletur; (tunc enim Baptismatis Christi fit commemoratio) & ipse Patriarcha, si adsit, consecrat aquam illam, si vero absit, quicunque tunc præest in Ecclesia, illius munere fungitur, & aquam consecrat: quo peracto, & multis aliis Ceremoniis, Hymnis, Psalmis & Epistolis, Evangelio & aliis, tam Coptica, quam Arabica lingua absolutis, qui præest, exuit se, & vestes deponit; postea sese in Piscinam quater immittit ac immergit, idque in quatuor piscinæ angulis, in Crucis ferme modum, & omnes, qui adsunt, illius vestigiis insistentes, idem faciunt in Baptismatis quasi memoriam, & vocatur dies illa *Gnitas*, i. e. Submersio; quæ ceremonia consecrationis aquæ per duas, aut tres horas extenditur, multis lampadibus & candelis accensis.

CA-

CAPVT VIII.

De Indumentis Sacris.

Quia Iacobi filii ſunt, indeque Iacobitæ appellantur, (ut videre eſt in 1. Capite) hanc ſane ob rem omnes fere ceremonias Iudaicas, & partem ſacrorum veſtimentorum in hodiernam diem obſervant; utuntur videlicet panno laneo in capite, atque illud non modo ii debent geſtare, qui Eccleſiæ miniſtrant, verum etiam omnes, qui Eccleſiam ingredi volunt, alias non licet. Vtuntur præterea induſio ad terram usque demiſſo, cum gemmis aliquibus, in modum crucis appoſitis pectori, dorſo, & extremis partibus prope terram, & manicis prope manum & brachia. Si vero Eccleſia pauper fuerit, pro gemmis ſericum apponitur. Hocque ubi induerunt, cingulo, de quo ſupra egimus, cingunt, & Sacerdos ipſe ſolus manipulum in dextra manu fert; alii vero Miniſtri, ſcilicet Diaconus & Subdiaconus, & qui ſunt ordinis inferioris, hoc facere nequeunt: & hoc diebus ſingulis utuntur. In ſolennibus vero, cum Pontifex nullus Miſſam celebrat, Sacerdos, Diaconus & Sub-

Subdiaconus pallium ferunt cum cucullo in capite super pannum laneum. Nulli ferunt stolam, nisi Pontifices. Habent quoque aliqua velamenta e serico confecta, quae inserviunt Ministerio Sacramentali, scilicet quando Diaconus per vestem interpositam tangit illud, non autem manibus nudis.

Observant etiam nonnullas alias ceremonias ex Veteri Testamento; quemadmodum abstinere a cadaveribus mortuorum, & aliis multis, quae in sacris literis recensentur. A pollutis animalibus, polluto sanguine, item a suffocato abstinent plane; & multa alia, quae in Veteri Testamento Iudaeis praecipiebantur, rigide ac diligenter observant.

CAPVT IX.

De Sacramentis in genere, & eorum usu.

Sacramenta apud Iacobitas, sicut & apud Papistas, Graecos, Armenios etc. sunt septem (16), non tamen omnia diligenter obser-

(16) **Quod numerus Sacramentorum septenarius apud Iacobitas sacrosanctus sit, ex eorundem Libris**

obſervata; ſcilicet Extrema Vnctio & Auricularis Confeſſio non ita rigide obſervantur, ut reliqua quinque. Confirmatio, una cum Baptismate, ſtatim datur, nec aliquis ordo obſervatur in receptione Sacramentorum, ſed confuſe omnia. Similiter una cum Baptismate dant infantibus (17) Euchariſtiæ Sacramentum ſub utraque ſpecie, ſæpius etiam Sacramentum ordinis una cum aliis duobus, & ordines ſacerdotium (18, quod nulli datur,

Ritualibus & Pontificalibus liquere, aſſerit *ASSEMANVS* Diſſ. cit. §. V.

(17) Ob Euchariſtiae Sacramentum infantibus quoque datum, (quod fieri ab Aethiopibus, negat GREGORIVS HABESSINVS in *Theologia AEthiopica* ap. *FABRICIVM* l. c pag. 721, his verbis: ***Non porrigunt S. Coenam infantibus, tantummodo ora eorum illinunt pauxillo ex calice benedicto***) in Coptos animadvertit GERHARDVS l. c. cap. 7, vbi conſuetudinem hanc veteri Eccleſiae non ignotam, tandem, velut non neceſſariam, & parum decentem, imo verbis Apoſtoli 1. Cor. XI. 26. 28 contrariam, abrogatam eſſe, recte cenſet.

(18) Corruptum hunc locum eſſe, facile apparet. Pro verbis autem: *& ordines ſacerdotium, quod nulli datur,* forte ſic legendum: *ordo ſacerdotii nulli datur*, idque eorum cauſa, quae deinceps in fine cap. XIII & initio cap. XIV oc-

tur, quin prius vicesimum quintum ætatis annum assequutus fuerit. Ante Sacramenti Eucharistiæ receptionem seculares solent aliquando Confessionis Sacramento uti, Ecclesiastici vero fere nunquam. Matrimonium solenniter, magnaque pompa, & Musicis instrumentis adhibitis, celebrari solet.

CAPVT X (19).
De Baptismate.

Supra diximus in capite de Forma Templi, esse locum Baptismatis fonti destinatum, in quo est Piscina, quæ Baptismatis tempore aqua adimpletur, quo peracto, Sacerdos, una cum Ministris sacris, prius indutis vestibus, ad fontem accedit, unaque omnes varias orationes & hymnos, a Sacerdote prius inchoatos, lingva Coptica canunt, postea sequuntur Epistolæ & Evangelium, ut supra in

currunt. Ex iis enim constat, quod aliis quidem, non vero Sacerdotii ordine pueruli potuerint initiari.

(19) Ex hoc & sequentibus Capitibus pleraque, retentis ipsis *ABVDACNI* verbis, repetita sunt in *IO. BALTH. IACOBI* Hist. Sect. Iacobitar. p. 31 sqq. *cum liber*, haec affertur ratio, *non omnium manibus teratur.*

in celebratione Missæ diximus. Incipit deinde Sacerdos Præfationem canere, atque omnes fere orationes & preces, quibus in mensa utimur, recitat. Inde aquam consecrat, cui salis & olei benedicti aliquantulum admiscet. Offert vero infantulum quadraginta dies natum pater lustricus, nec ulli fas, ne matri quidem, aut obstetrici, Ecclesiam ingredi, nisi cogat necessitas: ac prius accensis multis lampadibus & candelis, adstantem coram fonte patrem lustricum interrogat Sacerdos: an sacra Baptismatis aqua ablutum velit puerulum? Quo annuente, Exorcismum recitat, & multas ceremonias licitas, quemadmodum multæ solent nationes; ac infantulum manibus prehendens, totum in aquam ter immergit, addens verba illa, quibus utuntur Christiani in Sacramento, nempe, ***Baptizo te in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti***, acceptoque albo linteo puerulum abstergit, & oleo sacro confirmat, omnesque articulos ungit. Postea Sacerdos ipsum vestibus induit, & cingulo (de quo supra) cingit, nec potest a quoquam, nisi ab aliquo Sacerdote post triduum dissolvi (20); ac tunc qui-

(20) *cingulo — dissolvi*) Haec verba, vt & ea, quae Cap. I de Iacobitis, Christianis per Cingulum dictis, scripsit *ABVDACNVS*, dubia reddere stu-

quidem iterum infantem ſpoliat, & aqua limpida eundem in vaſe figulino abluit, quam poſtea in fluvium, vel locum aliquem, ubi poſſit evaneſcere, eiicit, Baptiſmatis vero aqua, per foramen aliquod, in ſubterranea loca emittitur.

Baptiſmus bis per annum ſolenniter celebratur, primo quidem Dominica Pentecoſtes, poſtea Dominica Paſſionis, & tum datur infantibus, ut ſupra diximus.

Sed ut in primo capite diximus, Circumciſionem (21) diligenter obſervant, &

haec

det LVDOLFVS l. c. pag. 462 hac iisdem adiecta epicriſi: *De quibus valde dubito, cum nullam talis ritus rationem videam, nec in recentioribus AEgypti deſcriptionibus quicquam tale reperiam.* Quam difficile autem eſt, omnium rituum reddere rationem, tam certum, quod Cinguli vſus in veteri Eccleſia obtinuerit. Vid. *GABR. ALBASPINAEI* Nott. in quosdam Canones Concilior. Aſiae, ad calcem Obſervatt. p. m. 354. *MACRI* l. c. p. 155 ſq. Recentiores AEgypti Deſcriptiones inſpiciat, & cum cenſura Ludolfiana conferat, qui rem hanc tanti momenti iudicaverit.

(21) Diſtinguit ASSEMANVS Diſſ. de Monophyſ. §. V inter Iacobitas Syros, AEgyptios ſeu Coptos, & AEthiopes ſive Abyſſinos. De Syris affirmat, quod ſolo Baptiſmo, caeterorum inſtar Chriſtianorum, contenti ſint; de AEgyptiis ſive Co-

hæc quidem fit die octava post partum. Neque tantum in maioribus observatur, ubi est magnus hominum numerus, verum & in pagis & ruri rigidissime tenetur.

CA-

ptis (quamvis non omnibus), quod Circumcisionem colant: de AEthiopibus vero, seu Abyssinis, quod praeter circumcisionem, adhibeant etiam ferrum candens, quo pueris notam inurant. Posterius affirmat quoque HVGO a LINSCHOTEN Itin. cap. 40 scribens, *igneum baptismum Abassinis vsitatum esse, atque infantibus quatuor cruces inuri.* Negat vero GREGORIVS HABESSINVS l. c. his vsus verbis; *Signum Christianismi visibile non habent, neque sanguinis, neque ignis.* Posterius tamen concedit, & de tempore ac modo Circumcisionis l. c. pag. 720 annotat sequentia: *Infantes circumcidunt in AEthiopia octavo die ob consuetudinem, & non ob Iudaismum. — — Certum autem est, quod vsque in hodiernum diem servant circumcisionem in AEthiopia. Minime vero fit in Ecclesia, aut manu Parochi, quod absit; sed a Foemina, cuius id officium est, in secreto, neque vir vllus voluerit adspicere illud.* Lectu digna sunt, quae de Circumcisionis ritu ab AEthiopibus sancte observato scripsit pereruditus civis meus, DIETERICVS LÜDERS, in rarioribus hodie Disputationibus, Wittebergae, 1671 habitis, de Historia Imperii Abyssini, Disp. III, §. 12. Conf. etiam LVDOLFVS Hist. AEthiop. L. III. c. I. n. 30 sqq. Comment. ad H. AEth. p. 268 sqq.

CAPVT XI.

De Sacramento Confirmationis (22).

In ſuperiori capite Sacramenti huius meminimus, cum Sacerdotem illud infantulo miniſtrare diximus. Fit nempe a Sacerdote olei conſecratio, quemadmodum confirmatio; neque enim expectat, donec Epiſcopus miniſtret. Ita ut ſit hoc diſcrimen inter Iacobitas & Papicolas in hoc negotio, quod apud hos oleum non niſi ab Epiſcopo conſecretur, apud illos nequaquam: quemadmodum & Confirmatio parvulis, una cum Baptismate, adminiſtratur, idque a Sacerdote, apud Papicolas ſeorſim, idque ab Epiſcopo tantum.

CAPVT XII.

De Confeſſione Auriculari (23).

Hoc Sacramento ferme nunquam utuntur Eccleſiaſtici, uti diximus, raro Laici,

 ac

(22) THOMAM a IESV in Lib. de Converſ. Gent. L. VII. c. 23. p. 416 negantem, quod Iacobitae Sacramentum Confirmationis agnoſcant, refutare ſtudet *ASSEMANVS* Diſſ. de Monophyſit. §. V

(23) In *Ordine de Poenitentibus* a DIONYSIO BAR-

ac tunc ſevere ac rigidiſſime exercetur. Multi narrant Hiſtorici, pecunias in AEthiopia, ubi Iacobitarum religio viget, ab eo, qui poenitentiam agit, ſatis multas ſumere Confeſſores, cum præterea rigidam cogantur agere poenitentiam. In AEgypto vero non dantur pecuniæ, niſi pro modulo eius, qui poenitentiam agit. Si nihil dederit, tunc a Templo abſtinere cogitur per aliquod tempus. Quæ vero ab illis Confeſſoribus poenitentia exhiberi ſolet, tam gravis plerumque eſt, & in tam longum tempus extenditur, ut ſæpe ſex menſium, aliquando unius anni ſpa-

SALIBI correcto & aucto, apud ASSEMANVM Bibl Or. T. II. p. 172 haec inter alia occurrunt: *Debet ad Eccleſiam procedere. Is autem, qui confeſſionem excipit, ſedeat ad fores Eccleſiae. Poenitens vero operto capite, dextrum genu flectat, manibus ad pectus complicatis, oculisque in terram defixis, confiteatur absque rubore, & nihil omnino abſcondat ab eo, ſed aperiat cogitationes ſuas, & quicquid ab eo geſtum fuerit, ſive dextrum, ſive ſiniſtrum, ſive bonum, ſive malum. Sacerdos ſimiliter oculos in eum ne coniiciat. Poſtquam autem ille confeſſus fuerit, & peccatum ſuum aperuerit, conteſtabitur eum, inquiens: Vide, ne amplius ad opera tua revertaris. Ego tibi hic dimitto, & DEVS in coelo. Et quoniam hanc mihi rem hic mihi revelaſti, non amplius ea revelabitur in iudicio, nec ſententiam eius cauſa ſubibis.*

ſpatium excedat; atque interim Euchariſtiæ Sacramentum non participant. Poenitentiæ huius talis eſt ut plurimum ratio. Bis aut ter per hebdomadam a cibo abſtinent, aqua ſcilicet & pane victitantes, perque ſingulas noctes quinquagies, aut centies ſeſe in terram proſternunt, oſculantur eandem orientem verſus; exiſtimant enim, unicam eſſe peccatorum ſpeciem, non autem variam, ut inquiunt Papicolæ,

CAPVT XIII.

De Sacramento Euchariſtiæ.

Euchariſtiæ Sacramentum (24) ſingulis Dominicis & feſtis diebus Miniſtri, una cum Sacerdote Miſſam celebrantes, idque absque Confeſſione (ut ſupra diximus) ſumunt: ſolent tantum vigilia, quæ feſtum antecedit, parare ſe, & a cibo & potu nocte illa abſtinere. Laici vero, peracta poenitentia, quam præceperat Confeſſor, religioſe & collacrymantes ad portum Sanctuarii nudo capite accedunt, ibique ſtantes linteum ma-

(24) *BAR-SALIBAEVM* & *BAR-HEBRAEVM* notat *ASSEMANVS* Diſſ. de Monophyſ. §. V, propter aſſertam hypoſtaticam Verbi cum Pane & Vino vnionem. *An vero*, addit, *ad reliquos Iacobitas idem error traductus ſit? incompertum.*

manibus tenent. Sacerdos vero fruſtum hoſtiæ (25) dat illis, & Diaconus poſtea cochleari aureo vel argenteo vinum e calice porrigit. Pariter, ſi ſacra Baptiſmatis unda abluantur quidam infantuli, quod ſolet etiam alias fieri, quam duabus illis vicibus, de quibus ſupra, ad oſtium a patre luſtrico afferuntur, ac tunc Secerdos fruſtulum hoſtiæ pueruli ori immittit, & digito in calicem iniecto, ori eius admovet. Similiter ſi infans quispiam conſtituatur Diaconus, vel Subdiaconus, &c. Quod ſæpe fit, ubi Pontifex aliquis Miſſam celebrat, ab eodem in Sanctuarium intromittitur.

CAPVT XIV.

De Sacramento Ordinis.

Huius Sacramenti meminimus, cum de Ba-

(25) Hoſtiarum numerum, praeterquam ſi duae ſint, imparem ex ſententia Iacobitarum eſſe debere, obſervat ASSEMANVS B. O. T. II. p. 180 ſq, vbi, praeter alia, e DION. BAR-SALIBI *Expoſitione Miſſae* haec producit verba: *Vnam Hoſtiam, hoc eſt, Vnum Panem ſignatum attollit Sacerdos, Vt oſtendat, vnum eſſe Verbum incarnatum. Duos item Panes offert ad altare, vt doceat, vnum ex divinitate & humanitate Filium & Chriſtum a nobis agnoſci. Tres Vero, hoc eſt, impares offert deinceps, quot Vult, modo impares ſint, vt ſignificet, vnam eſſe Trinitatis naturam, & Perſonas tres.*

Baptismate egimus, ubi diximus, non haberi rationem ætatis in adipiſcendo quovis ordine, præterquam in Sacerdotio, omnes alios interim, tam maiores, quam minores, qualicunque ætati tribui. Fit vero hoc modo. Exempli gratia, ſi puerulus aliquis creetur Diaconus, cum non patiatur ætas rudis admodum & tenera, eum regulas ordinis perficere, tunc aliquis ex ipſius propinquis, ſive pater, ſive mater, fideiuſſoris veluti loco, illas in pueruli gratiam obſervare debet, donec ſit ille aliquantulum provectioris ætatis. Regulæ ordinis hæ ſunt. Bis ſingulis hebdomadibus ieiunare, diebus Mercurii & Veneris: ab omnibus cibis ſanguineis & lacte abſtinere: Quadrageſimali tempore ieiunio, ad ſerotinum usqve tempus, corpus macerare: item feſtis diebus Eccleſiam adire, ibique Miſſam audire. Officium divinum ante Sacerdotis ordinem nulli exequuntur, ac poſt viceſimum quintum annum Sacerdotes ordinantur; qui quidem omnes, ſupra allatas regulas, ipſi coguntur obſervare. Qui vero recipitur in maiores vel minores ordines, dat prius nomen Pontificis amanuenſi, & pecuniam aliquam Patriarchæ tradit (ſcilicet tres denarios monetæ Anglicanæ) ac conſecrationis tempore Pontifex, ante Sanctuarii ianuam ſtans, capillos eius abſcindit, & capiti

manu

manu impofita, capillisque abfcisfis, in Crucis figuram benedicit illi, ac gratulatur fimul, quod in Ecclefiafticorum numerum adfcitus fuerit: inde in Sanctuarium ingreditur, atque fuper fedem Pontificiam fedet, Miniftrique ipfi cingulum afferunt, induti & ipfi indufio & cingulo, & Pontifex in illum confert reliquos ordines, usque ad Diaconatum; ceremoniis illis adhibitis, quibus Græci & Romani utuntur. Quod fi de Sacerdotibus quæras, refpondeo, non eandem effe rationem. Eliguntur quidem illi, fed abfentes. Ordinis tempore in Ecclefia capiuntur, fed reluctantur, & per vim, precibus variis ac verbis veluti victi, acquiefcere coguntur: poftea, Sacerdotalibus veftibus induti, ducuntur ad Pontificem in Sanctuarium, & ab eodem ordinantur (26), ut fupra, quemadmodum apud alias gentes.

Præ-

(26) Num Ordinatio Iacobitarum fit valida? dubitat RENAVDOTVS Liturg. Orient. T. I. p. 365. quod fuccesfio Antiftitum apud eos non fit fatis certa, cum *SEVERVS ANTIOCHENVS* ac *IACOBVS BARADAEVS* multas contra communem Ecclefiae difciplinam ordinationes celebrarint; & Neftoriani teftentur, quod *IACOBVS BARADAEVS* tantum Sacerdos fuerit. Verum defendit Ordinationem Iacobitarum, tanquam legitimam, *AESEMANVS* Diff. de Monophyf. §. V. Concedit quidem, quod nonnullorum Mono-

Præter hosce ordines, de quibus hactenus egimus, habent & ordinem alium, qui dicitur illis *Alcommus*, quales sunt vel Canonici, vel Confessores, iique, uti diximus, in ordine Presbyterii, a Pontifice constituuntur, postque multas monitiones ab eodem in Templo ordinantur, potestatemque accipiunt,

physitarum, Barsanuphitarum scilicet, Esajanistarum & Iulianistarum, Ordinationes non sint validae; sed inde ad omnes Monophysitas, & sic etiam ad Iacobitas, non vult concludi. Nestorianorum vero relationem merum declarat commentum, atque inde, quod Ecclesia Catholica ordinationes Iacobitarum semper ratas habuerit, nec eorum quenquam Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, aut alios Clericos ab haeresi ad orthodoxam fidem (retineo ipsius verba) conversos iterum ordinari iusserit, argumentatur, quod legitima sit Iacobitarum Ordinatio. Vrget quoque convenientiam Iacobitarum cum Græca Ecclesia, de qua circa Ordinationum valorem nullum ambigendi locum esse, affirmat. De hoc Ordinationis ritu Iacobitico varia annotavit IO. MORINVS de Sacr. Ordinatt. P. II. p. 402 sqq, qui ipsius etiam Syrorum Iacobitarum Ordinationis (quam plenius haberi in Pontificali Iacobitarum, docet ASSEMANVS l. c. §. VIII) compendium Syriace ac Latine dedit, idque eruditis annotationibus illustravit p. 406 sqq. Idem Cophtitarum, seu Ægyptiorum Ordinationes Latine exhibuit p. 442 sqq.

peccata absolvendi in Confessione auriculari. Monentur vero a Pontifice, curam Templi ut habeant: munere diligenter fungantur: caste vivant, ut hoc pacto cæteris sint castitatis exemplar quoddam. Vbi vero hoc munere defuncti sunt, Pontificatum adipiscuntur, ut in capite de Electione Patriarchæ diximus.

CAPVT XV.

De Sacramento Matrimonii.

Matrimonium, ut in cap. de Sacramento scripsimus, magnifice & solenniter celebratur: hoc pacto fit in AEgypto. Sponsus & Sponsa veniam primo petunt a Iudice Turca; qui enim sub imperio Turcæ habitant, uxorem ducere non possunt, nisi prius impetrata venia ab eo, qui vices Imperatoris gerit. Qua quidem impetrata domum Cathedralem adeunt ambo, dantque nomina, ut inscribantur, addita quadam pecuniæ summa, quam Patriarchæ solvunt. Indicat ille diem nuptiarum, qua in Templum conveniunt, atque accensis multis lampadibus & candelis, in secunda & tertia ala, in qua solent esse foeminæ, primo quidem, in prima orationes multas & hymnos canunt in Sponsi gratiam, eumque privatim monent

atque

atque hortantur: eundem postea in tertiam alam ducunt, atque una cum Sponsa sedere iubent, ibique lectiones quasdam, nec non Evangelium, quod ad matrimonium pertinet, solenniter recitant: ac si Sponsus fuerit Diaconus, ipsemet canet Evangelium, quod hac de causa pulpito impositum est in secunda ala, idque lingua Coptica prius, deinde vero Arabica. Istæ vero lectiones desumtæ sunt ex libro Geneseos, ubi tractat de Abrahamo & Sara, deinde ex Paulo Apostolo: Evangelium vero ex Divo Iohanne, de Nuptiis Galileæ. Quibus peractis, sponsum per totam Ecclesiam ductitant solenniter, hymnos ac psalmos cantitantes, & multis lampadibus & candelis accensis eum comitantur. Si vero sponsus ipse fuerit dives, ex tormentario pulvere multa artificiose imitantur, & Musicis instrumentis harmonice canunt, ac tantas nonnunquam in hisce pecunias insumunt, ut sæpe numerus excedat tria millia coronatorum Gallicorum. Quod ad dotem, quam vocant, attinet, quæ est matrimonii veluti ligamen, Maritus uxori secundum Canones Ecclesiasticos dare tenetur viginti quinque coronatos Gallicos. Multi tamen Nobiles hosce Canones non observant; summum enim dedecus existimant, tam paucas pecunias tradere; dant illi siquidem centum, quingentos, imo sæpe mille

mille coronatos. Sponſa vero nullam dotem Marito affert: veſtes tamen habet illa, & ornamenta quædam, & nonnunquam domum. Vbi hæc peracta ſunt, ducuntur ambo magnifice domum, ibique per multos dies laute vivunt, ac genio indulgent; & poſtquam ſecunda matrimonii nox peracta eſt, in ſecretum cubiculum ſecundum uſum convenit uxorem maritus, ac ſequenti die matutino tempore virginitatis ſignum oſtendere debet coram omnibus, hoc eſt, ſanguinem illum, qui effluxerit ex perfracta pellicula illa, quæ Medicis virginitatis ſignum eſt, & dicitur hymen, qui quidem ſanguis induſium maculare ſolet: ſin minus id fiat, male audiet Sponſa, & ſi iure ſuo uti voluerit Sponſus, mittit illam rurſus ad parentes (27), qui cogentur omnes ſumtus perſolvere, quos prius erogaverat ſponſus.

CAPVT XVI.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

Extrema Vnctione (28) fere nunquam

(27) Quod Matrimonium non ob leves, ſed graves tantum cauſas apud Iacobitas diſſolvatur, ex BARHEBRAEO atque BENASSALO evincere laborat *ASSEMANVS* Diſſ. cit. §. V.

(28) Notat *ASSEMANVS* l. c. *THOMAM a IESV*, aſſe-

quam utuntur, ut neque Confessione Auriculari, neque Eucharistia (nullam enim habent in Templo, quemadmodum Papicolæ & Græci, asservatam). Aegrotis tantum in extremo vitæ agone versantibus porrigitur, ac si adsit Ecclesiæ Minister aliquis, ægrotum hortatur, ut bono sit animo, speret diuturniorem

ferentem, quod Iacobitae Sacramento Extremae Vnctionis careant. *Quod vero*, addit, *MICHAEL FEVRE de Vnctione Presbyterorum post mortem narrat, id rituum orientalium ignorantiam in eo arguit, qui unctionem illam a Sacramentali haud distinxit: utrobique enim Presbyteri apud Syros unguntur, ante scilicet & post mortem: sed quae antea fit Vnctio, Lampas dicitur, estque Sacramentum, quae post mortem, simplex, ut aiunt, caeremonia est, eique similis, qua cadavera fidelium thure suffumigantur, aqua asperguntur & abluuntur.* Quod Orthodoxi τοὺς Ἀρμενίους καὶ Ἰακωβίτας καὶ Νεστοριανοὺς καὶ τοὺς λοιποὺς Ἀκεφάλους, καὶ τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς, ἐπιστρέφοντας εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, μύρου καταξιοῦσι, *Armenios, Iacobitas, Nestorianos, reliquos Acephalos, iisque similes, quando convertuntur ad orthodoxam fidem, inungant*, e NICONIS Pandecte cap. vlt. docet TIMOTHEVS Presbyter ap. COTELERIVM l. c. pag. 423. Cuiusmodi Vnctio ad eas, quae ante mortem factae sunt, pertinet.

rem ac feliciorem vitam ; sin minus, a parentibus vel propinquis confirmatur, atque ubi e vita excessit, in Templum adducitur, ibique Sacerdos orationes aliquot & hymnos funeribus inservientes recitat, ac postea vel in Ecclesia, vel in Platea sepelitur, domi deinde per quadraginta dies; insuper uno post sex menses, nec non & in fine anni defuncto parentatur. Et hic est nobilium mos. Pauperes vero ac plebeii mortis tempore, post tertiam diem, item quadragesimam, sex menses & annum, unica die tantum mortuo parentant, ac funeris tempore eius fit mentio & domi & in Ecclesia, dum Sacerdos orationes aliquot recitat, & Arabico odore fumificat, ac thus sepulchro infundit. Multæ præterea dantur pauperibus eleemosynae, celebratur etiam Missa in animæ defuncti gratiam.

CAPVT XVII.
De Cultu Imaginum & Reliquiis Sanctorum.

Religiose Divorum Imagines colunt ac venerantur, & quidem in eo omnes gentes, quæ sub sole vivunt, antecellunt (29). Habent illi

(29) Indifferens tamen iste ritus declaratur penes Iaco-

illi (ut in cap. de Forma Templi diximus) loca peculiaria quædam, in quæ suas reponunt imagines. Diebus festis coram illis accendunt candelas & lampades, & si quando accidat aliquid adversi, aut immineat periculum aliquod, ad eas protenus concurrunt ac sese in terram prosternentes, & pectus pugnis percutientes, ab illis religiose & lacrymis multis auxilium petunt, ac sese sæpe iuvari ab iisdem credunt. Nullum sculptile habent, quia idola esse existimant; habent tantum ligneas imagines depictas Græcorum more, nec novis, quem-

bitas in *Criminatt. adv. Eccles. Latin.* ap COTELERIVM l. c. pag. 508. vbi hoc de Iacobitis fertur iudicium: Οὗτοι ἐν ἰσωτίθενται τὸ προσκυνεῖν καὶ μὴ προσκυνεῖν τὰς θείας εἰκόνας. εἰ δὲ προσκυνήσουσιν, οὐκ ἀσπάζονται. μόνῳ δὲ τῷ δακτύλῳ τὸ πρόσωπον σφραγίζονται, ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ τὴν χεῖρα κινοῦντες. i. e. *Hi perinde esse censent, sacras imagines adorare & non adorare; cumque adoraverint, non osculantur; uno autem soloque digito vultui signum crucis imprimunt, a sinistris ad dextra manum moventes.* Dum itaque asserit ABVDACNVS, quod Iacobitae imaginum cultu omnes gentes antecellant, solos haud dubie innuit Iacobitas recentiores, ad superstitiosum imaginum cultum magis, quam veteres, proclives.

quemadmodum Papicolæ, utuntur imaginibus, ſed ſolum Virginis MARIAE, item doctorum primitivæ Eccleſiæ, GEORGII, THEODORI: item martyrum, ANTONII, MARCI, & divorum Patrum. Imaginem Dei Patris & Spiritus Sancti non habent, ſed CHRISTI, quem una cum Matre in ædibus privatis depictum habent, & colunt religioſe. Atque hactenus de cultu Imaginum.

CAPVT XVIII.

De Monachis, & Monachorum habitationis loco.

Monachi (30) apud Iacobitas, atque ii, quos in genere Religioſos Galli vocant, acerbius vivunt multo, quam qui apud Europæos verſantur. Obſervant ſcilicet antiquum, quaſi Divi ANTONII (31) ordinem, & MA-

CA-

(30) Monachorum diverſa apud Iacobitas genera eſſe, e ſcriptoribus orientalibus docet ASSEMANVS Diſſ. de Monophyſ. §. X. Qui in Monaſteriis ſub Abbatis regimine ſimul vivunt, *Monachi*, ſeu *Coenobitae* dicuntur. Qui ſolitariam vitam eligunt, *Solitarii* & *Eremicolae* appellantur. Qui in cella abditi, *Incluſi* nominantur. Qui ſupra columnam poſiti, *Stylitae* vocantur.

(31) SOZOMENVS Hiſt. Eccl. Lib. I. c. 13. p. m. 420: Ἐκεῖνο παρὰ πᾶσι συνωμολόγηται, ὡς

CARII, qui primi fuerunt apud illos, atque ea loca, in quibus olim habitarunt, etiamnum incolunt, nempe Thebaidam, vel Scytiam (32), quæ ſunt partes AEgypti. Ab omnibus cibis, qui libidinem excitant, diligenter abſtinent (33): toto vitæ curriculo pane ſolo & leguminibus quibusdam veſcuntur, præterquam Paſchatis tempore & Nata-

H lis

εἰς ἄκρον ἀκριβείας καὶ τελειότητος ἤθεσι, καὶ γυμνασίοις τοῖς πρέπουσιν ἐξήσκησε ταυτηνὶ τοῦ βίου τὴν διαγωγὴν ΑΝΤΩΝΙΟΣ ὁ μέγας μοναχός. i.e. HENR. VALESIO interprete: *Illud inter omnes conſtat, magnum ANTONIVM Monachum moribus atque exercitationibus utiliſſimis hoc vitae genus ad ſummam diligentiam ac perfectionem perduxiſſe.*

(32) AEgypti pars, quam hic nominat *ABVDACNVS*, eadem ſine dubio eſt cum illa, quae in P. C. SICARDI Operis *de AEgypto Vetere & recentis aetatis* ſciagraphia, apud FABRICIVM Luc. Evang. p. 745, his deſignatur verbis: *Deſert de* Sceté *ou de* S. Macaire Etenduë de ce Déſert. „Nombre de ſes anciens Monaſtéres, ce qu'il „en reſte à préſent: différence des Religieux „*Coptes* d' avec les *Anachorétes* des temps paſ„ſez

(33) *BAR-HEBRAEVS* in *Nomotanone* hanc habet regulam: *Monachi & Moniales ab eſu carnis abſtineant: vino autem modico propter infirmitatem utantur.* Vid. *ASSEMANI* Diſſ. cit. §. X.

lis CHRISTI. Tunc enim ova & piſces, ſi forte invenire poſſint, comedunt. In cultas urbes nunquam proficiſcuntur: ſoli e Monaſterio exeunt Priores & Miniſtri Monaſteriorum, ut ſtipem cogant (34). Si vero aliquando neceſſitate, quæ, ut vulgo dicitur, ſuprema lex eſt, cogatur exire aliquis, impetrat prius ab Abbate, vel Priore veniam, quæ ipſi in certum tempus conceditur; quod ſi intra illud non redierit, dat poenas, & rigidam cogitur agere poenitentiam.

Noctes ac dies in exercitiis ſpiritualibus verſantur, præter Laicos, qui Miſſæ celebrandæ non inſerviunt. Clerici vero, qui Monaſterio (35) aliqua in re inſerviunt, munere ſuo debent fungi. Monachi non delicatis ac ſericis, ſed duris ac pauperrimis veſtibus induti incedunt. Nullus enim ex iis veſtem toto vitæ curriculo fere mutat, ſed ſi quando dilacerata vel diſrupta fuerit, panniculamentis operiunt; veſtiuntur illi ſcilicet indu-

(34) Canon Monachorum legitur ap. *ASSEMANVM* l. c: *Nemo ex Fratribus quidquam ſibi proprium poſſideat, etc.*

(35) Celebriora Iacobitarum in Meſopotamia, Syria, Palaeſtina, Cilicia, Euphrateſia, AEgypto & Armenia, monaſteria accurate recenſuit *ASSEMANVS* l. c.

indufio, & fupra indufium toga ex lana craffiori confecta. Nudis pedibus funt in monafterio; in itinere calceis nonnunquam utuntur. Cucullum gerunt, & pileum in ollæ formam fabricatum. Nullum habent in capite fignum, quemadmodum Papicolæ & Græci habere folent. In Eremis, ubi habitant, nefas eft mulieri, vel brutæ foeminæ verfari, nec vir quisquam in Monafterio poteft tranfire ad Monachatum. Omnes ferme fingulis hebdomadibus deftinantur ad opus aliquod mechanicum (36), quemadmodum ad mandanda terræ femina, vel ad agros inarandos, vel ad molam, vel ad clibanum. Ita ut nunquam per otium terant tempus, fed femper vel operi, vel precibus, vel aliis conficiendis, vires ac nervos adhibeant. Studia divina funt illis, nimirum Vitæ Sanctorum, & libri aliquot fpirituales ad orationem (37) pertinentes, in quibus animum fe-

(36) *BAR-HEBRAEVS* ap. *ASSEMANVM* l. c.: *Praefectus monafterii cum fratres probaverit, vnumquemque ei minifterio praeficiat, cui aptus fit. — — Monachus cum ab opere manuum ceffaverit, divinis libris vacet.*

(37) *ASSEMANVS* l. c. hunc e *BAR-HEBRAEO* fiftit canonem: *Monachi & Moniales horas Orationum impleant, Pfalmosque recitent die noctuque.*

ſedulo debent exercere. Quadrageſimæ tempore, maxima ex parte qui provectiori ſunt ætate, in Eremis dies ac noctes μόνοι verſantur.

Iam agendum de ſacris Virginibus, quas quidem Religioſas (38) vocant; ſunt enim apud Iacobitas, quemadmodum apud Papicolas & Græcos. Illæ ſemper clauſæ manent in monaſteriis, neque unquam egrediuntur, niſi cogat neceſſitas quasdam ex iis, quæ primas partes agunt, vel principatum tenent, exire, quia fortaſſe utilis erit exitus, & monaſterio conducet. Veſcuntur in omnibus, quemadmodum Monachi, quorum antea meminimus, præterquam quod nullum habent illæ commercium cum advena, ceu allophylo, niſi in Monaſterio, ubi ipſæ clauſæ ſunt, vel in Refectorio, vel in Choro, ubi licet illis ſeſe invicem videre. In Monaſterium nulli intromittuntur, niſi velint anathemate feriri. Licet tamen nonnunquam Nobilibus foeminis, venia prius a Patriarcha impetrata, ingredi, ut Monaſterium inviſant, & eleemo-ſynam

(38) *Moniales*, aeque ac *Monachi*, apud Syros Iacobitas tondentur. Ritum e pervetuſto Iacobitarum Pontificali deſcribit *ASSEMANVS* l. c. De Monachis *Incluſis* obſervat, quod hi ſoli capillos nutriant, & lorica ferrea induantur.

ſynam exhibeant. Solent autem Monaſteria iſta in cultis urbibus fabricari iuxta Eccleſiam aliquam, ut Miſſam diebus feſtis audire poſſint.

CAPVT XIX.

De Ieiunio.

Quater (39) ſingulis annis ſolent illi ieiunare. Primo Quadrageſimali tempore, a Dominica Septuageſimæ ad Paſcha usque, idque obſervant tum Laici, tum ii, quos Religioſos vocant Galli, omnes denique, qui decimum ſextum ætatis annum attigerunt. Pane ſolo, & leguminibus, atque herbis, oleo olivarum nequaquam conditis, veſcuntur, ac ſemel duntaxat per diem, veſpertino ſcilicet tempore.

(39) Quinque Ieiunia ex praecepto Eccleſiae Iacobiticae omnes adultos, ac praeſertim Monachos, obſervare debere, probat *ASSEMANVS* l. c. his ex *BAR-HEBRAEI* Nomocanone cap. 5. ſect. 2. allatis verbis: *Quinque Ieiunia, praeter Ieiunium feriae quartae & ſextae, per totum annum colimus. Ieiunium magnum Quadrageſimae: Ieiunium Apoſtolorum: Ieiunium migrationis Dei parae: Ieiuniam Nativitatis, & Ieiunium Niniviticum.*

Secundum Ieiunii tempus eſt Adventus, a decima quinta die Novembris usque ad Natalem CHRISTI, quæ incidit in 25 diem Decembris. Ac tunc quidem a carnibus & lacte abſtinent, cum piſcibus liceat veſci.

Tertio in gratiam Beatæ Virginis ieiunium celebrant; inchoatur autem viceſima quarta die Septembris, & deſinit Aſſumptionis tempore, hoc eſt, decimo quinto menſis Auguſti.

Quarto ac poſtremo in gratiam PETRI & PAVLI Apoſtolorum inchoatur ieiunium prima Dominica Pentecoſtes, & usque ad feriatum eorundem diem productum, qui incidit menſe Iunio; ſed non eſt certo conſtitutum ieiunii ſpatium: fit enim ſecundum Paſchatis curſum. Et hoc tempore, ut & Adventu, piſces comedunt, non autem, dum in gratiam Virginis MARIAE ieiunant, quemadmodum nec quadrageſimali ſpatio (40).

CA-

(40) Occaſione horum Ieiuniorum Iacobiticorum liceat obiter obſervare, quod Ieiunia contra Iacobitarum anteſignanum, dogmatis ipſius evertendi cauſa, in veteri Eccleſia fuerint inſtituta. Oſtendit hoc canon XXXIII inter NICEPHORI Conſtantinopolitani, Confeſſoris, Synodicos Canones, ap. *COTELERIVM* l. c. pag. 449:

CAPVT XX.

De Peregrinationibus Religionis ergo.

Solent Iacobitæ Peregrinationes quasdam ſuſcipere religionis ergo. Verbi gratia, multa extant loca in AEgypto, ubi Sanctorum corpora & imagines Beatæ Virginis aſſervantur. De his ſentiunt, illas egregia multa miracula edere. Plerumque vero ſolent, circa mediam Quadrageſimam, Hieroſolymam proficiſci, & quia iter non eſt tutum a latronibus, ceu Arabibus, in AEgypti metropoli ſolent omnes

Δεῖ νηστεύειν τοὺς Μοναχοὺς τῇ τετράδι τῆς τυροφάγου, καὶ τῇ παρασκευῇ. Καὶ μετὰ τῶν προηγιασμένων ἀπόλυσιν ἐσθίειν τυρὸν (al. τυρὸν καὶ ὠὰ), ὅπη (al. ὅπου) ἂν ἐπιχωριάζωσιν. εἰς ἀνατροπὴν τοῦ δόγματος τοῦ ΙΑΚΩΒΟΥ, καὶ τῆς τῶν Τετραδιτῶν αἱρέσεως. i. e. COTELERIO interprete: *Oportet Monachos ieiunare quarta feria hebdomadae Lacticinii ac Paraſceve, & poſt Praeſanctificatorum finem dimiſſionemque caſeum comedere, ubicum habitaverint; ad everſionem dogmatis IACOBI, atque haereſeos Tetraditarum.*

congregari, sive Iacobitæ fuerint, sive Græci, sive Europæi, mercatores, artifices, peregrini, perinde est. Postea in unum coëunt corpus (unam Caravanam vocant illi). Numerus vero tantus est Peregrinantium nonnunquam, ut quinquaginta, sæpe sexaginta hominum millia, excedat. Postquam ita in unum coadunati sunt, camelos conscendunt, & sese viæ committunt, atque ita duodecim, vel quindecim dierum spatio, Hierosolymam perveniunt. Sed antequam illuc pervenerunt, primo Gazam urbem ingrediuntur, deinde Cateam, inde Ravilag. In tribus hisce locis omnes vectigal Turcæ pendere coguntur, octo coronatos, qui sunt subditi, duplum dant reliqui, nimirum sedecim. Cum Hierosolymam pervenerunt, rursus quatuor coronati dandi sunt a subditis, a ceteris octo; atque in hospitio quodam commorantur, dum Hierosolymis degunt, & per sanctam septimanam integram loca sacra invisunt. Die vero Sabbathi congregantur omnes in Templo Sepulchri, ibique Missam audiunt, quam omnes Pontifices, qui adsunt, separatim in variis ædiculis celebrant. In ædicula Sepulchri solus Iacobitarum Patriarcha, si adsit, sin minus ipsius Vicarius, cum aliquibus Ecclesiasticis Abyssinis (super quos, ut aiunt, lux e Se-

Sepulchro ſancto egreditur) hora conſecrationis miſſam celebrat. Cuſtodes vero Turcæ candelas & lampades omnes in Templo die illa accenſas extinguunt, quæ poſtea a Luce divina, quæ egreditur e Sepulchro, accenduntur. Sed hoc figmentum eſſe, multi arbitrantur, & re vera figmentum eſt. Potuit (ut multi teſtantur) hoc fuiſſe antiquitus, cum rari eſſent illi, qui Chriſtianam religionem profiterentur. Nunc vero cum fides per totum terrarum orbem diffuſa expandatur, hiſce miraculis opus non habemus; ſed tamen ut bene ſentiant Turcæ de Religione Chriſtiana, technis iſtiusmodi, quæ tamen nihil invehant mali, pietati Chriſtianæ credulis ſimplicium animis ſolent illudere, fingentes, luce quadam, quæ ex Sepulchro emicuerit, accenſas lampades, cum ii lampadam e Sepulchro ſuſpenſam accendant, atque ex eadem miniſter ceteras accendat, cum antea extinctæ fuiſſent. Et hoc quidem fit a Iacobitis, ſive AEthiopibus; quia illi ſoli, ut antea diximus, in Sepulchri ædicula Miſſam celebrant. Europæi multi hoc credunt; Græcis & Chaldæis in hoc negotio imponere, ἀδύνατον.

Vbi prima dies Paſchatis præteriit, loca ſancta, quæ ſunt extra Hieroſolymam, inviſunt, utpote Bethlehem, Iordanum fluvi-

um, & Paſſionis loca reliqua, idque fit per totam Paſchatis hebdomadem: quibus peractis, redeunt omnes in patriam.

Sed habent etiam loca peculiaria quædam in AEgypto, ad quæ ſe religionis ergo conferunt, præcipue vero Virginis MARIAE Templum ſolent adire. Exiſtimant enim, octava die Septembris, quæ eſt Virginis natalis, Beatam Virginem, una cum quibusdam Sanctis, phantaſtico quodam modo in circuitu Sanctuarii apparere.. Iſtud ut videant, multi in Templum concurrunt.

Habent & loca alia Sanctis dicata variis, ut pote Divo GEORGIO, D. ANTONIO, & aliis, & quoniam multa dicuntur edere miracula, plerique eo concurrunt religionis ergo, & animalia ſecum adducunt in Sancti ipſius gratiam, eaque immolant, cumque eadem in Templum (41) coxerint, in eodem comedunt.

CAPVT XXI.

De Cibis & ratione Victus.

Cum intenſiſſimus ſit calor, quo appetitus

(41) *Templo* rectius haud dubie. Sed nolui quicquam in textu Abudaeniano immutare.

titus languescit, ac sitibundi in hepate spiritus ad potum exacuuntur, resarciunt & reficiunt corpora, nimio æstu languentia, beneficio cibi aut potus frigidi, ceu alimentorum frigidorum suffectione, quibus abundat regio. Et licet singulis fere diebus boum sex, ovium duodecim millia mactentur, malunt tamen maxima ex parte, lacte, herbis, & aliis vesci. Bis tantum, aut ter per hebdomadem carnes comedunt Laici. Reliquis diebus, vel piscibus, vel lacte, vel herbis vescuntur, diebus vero Mercurii & Veneris, præter pisces & herbas, nihil comedunt. Comedendi modus hic est,

Duplicatis sub se genibus terræ insident circa mensam coram illis extensam. Ecclesiasticus si quis adsit, accepto pane, & in frustula manibus (cultro enim nefas est) diviso, singulis, postquam mensæ benedixit, frustulum porrigit, quo accepto, sese omnes ad comedendum accingunt.

CAPVT XXII.

De Educatione Liberorum & Scholis publicis.

Instituuntur apud Iacobitas liberi in Scholis

lis publicis, in quibus ſacras literas & honeſtos mores addiſcunt: non ſunt enim ſcientiarum ſtudia (42); diſcunt autem legere & ſcribere, tum Arabice, tum Coptice. Solent præterea pueruli in iſtis Scholis Pſalterium totum & PAVLI Apoſtoli Epiſtolas memoriæ mandare. Plerique Arithmeticam & Geometri-

(42) Hic deeſſe aliqua in Oxonienſi editione, facile apparet; forſan: *iis curae*. Per ſcientias forte *profanae* intelligi debent. Nam ſacrarum in primis rationem habere velle Iacobitas, eorum Scripta, ab *ASSEMANO* Bibl. Orient. T. II. diligenter annotata & recenſita, comprobant. Sunt iſthaec potiſſimum, *Verſiones Librorum Biblicorum*, *Theologiae compendia*, *Commentarii in S. Scripturam*, *Epiſtolae Synodicae*, *Canones*, *Liturgiae*, *Hiſtoriae Eccleſiaſticae*, *Homiliae*, *Precationes*, *Libri adverſus Haereſes*, *Expoſitiones Miſſae*, *Hymni*, *Symbola Fidei*, & alia ſanctioris argumenti ſcripta. Permulti ſub *Anaphorae* nomine ſacra momenta pertractare voluerunt. Scripſerunt enim, *ASSEMANO* l. c. teſte, *Anaphoras* PETRVS Iunior, Patriarcha Antiochiae. p. 77: THOMAS Heracleenſis, Epiſcopus Germaniciae. p 92: IOANNES, Epiſcopus Baſorenſis. p 97: IOANNES, Epiſcopus Darae. p. 123: PHILOXENVS, Epiſcopus Bagdadenſis. p. 124: IOANNES, Patriarcha Iacobitarum. p. 140: IOANNES BAR-SVSAN, Patriarcha. p. 143: MICHAEL MAGNVS, Patriarcha. p. 155: DI-

triam addiſcunt ; ſunt enim hæ duæ artes iis apprime utiles & neceſſariæ, propter inunda-tio-

ONYSIVS BAR-SALIBI, Epiſcopus Amidae. p. 175: IOANNES, Mardae, Darae, Haran, Chabotae & Nifibis Epiſcopus. p. 230: MICHAEL Iunior, Patriarcha. p. 232: GREGORIVS BAR-HEBRAEVS, ſive ABVLPHARAGIVS, Primas Orientis. p. 275: IGNATIVS, ſive IOSEPH BAR-VAHIB, Patriarcha Iacobitarum. p. 464: IGNATIVS BEHENAM, Patriarcha Iacobitarum. p. 467: IOANNES, ſive ANANIAS XENAIAS, Patriarcha Iacobitarum. p. 468. Non omnes tamen profanas ſcientias a cunctis Iacobitis fuiſſe neglectas, vel ſolum docet *BAR-HEBRAEI* exemplum, cuius inter Scripta ap. *ASSEMANVM* l. c pag. 269 ſq. reperiuntur *Categoriae: Sophiſtica: Dialectica: Phyſica: Liber de doctrina Planetarum & motu Stellarum: Grammatica*, quae inſcribitur *Liber ſplendorum* (conf p. 307): *Politica: Oeconomica: Liber magnus Sapientiae Sapientiarum, in quo collegit & digeſſit partes ad ſapientiam pertinentes & opiniones Philoſophiae Ariſtotelicae: Liber DIOSCORIDIS cum figura Herbarum & earundem delectu: Liber expoſitionis Aphoriſmorum HIPPOCRATIS: Liber Carminum, in quem admirabiles ſermones metricos coniecit.* etc. Haud penitus neglectam ab omnibus, qui ad gentem Iacobiticam pertinent, *Poëſin* oſtendunt praeterea *Poëtae*, quibus ea non omnino caruit. *Grammaticam ſub metro S.* EPHRAEM memorat *ASSEMANVS*

tionem Nili: perduntur enim agrorum termini, & metiri terram oportet, & annuos proventus harum artium beneficio numerare.

CAPVT XXIII.

De Exercitio Nobilium & Plebeiorum.

Nobiles maxima ex parte Principibus Turcis ſolent eſſe a Secretis, Cancellarii, Quæſtores, munerum Regalium procuratores, vectigalium ac decimarum Oeconomi, &c. ita ut totum Turcæ theſaurum, quem ab illa

l. c. pag. 308, & refert ad Scripta citati BARHEBRAEI, in Praefatione teſtantis, quod eam *metro heptaſyllabo compoſuerit intra breviſſimum duarum hebdomadarum ſpatium*. *IGNATII*, Maphriani, *Carmen Syriacum* recenſet *ASSEMANVS* l. c. pag. 443 ſq. Ab eodem p. 468 citantur *Carmina Syriaca*, quae NOE, Patriarcha Iacobitarum, elaboravit. Reperiri quoque Iacobitas, a quibus *Medicina* exculta, teſtis eſt, praeter alios, GABRIEL Singarenſis, Medicus Iacobita, cuius meminit *ASSEMANVS* l. c. pag. 405. 416.

illa regione evehit, habeant præ manibus. Solent alii esse Arithmetici, alii Geometræ, qui terram metiri possint, & pecuniam, quæ ex AEgypto educitur, numerare. Plebeii vero vel sunt opifices, vel servi. Opifices omnes artes exercent; vel enim sunt Aurifabri, vel Gemmarii, vel Sutores, vel Fabri, vel Sartores, vel Cæmentarii, vel Sculptores, vel Architecti, &c. Servi vero tam Turcis, quam Christianis & Hebræis inserviunt.

Et hæc de Iacobitis hactenus, quæ quidem etsi inelegantiora videbuntur, dabis veniam, & ad maiora animum accendes. Hisce interea fruere.

F I N I S.



INDEX CAPITVM.

Operarum errores.

In Praef. pag. XXIII. lin. 6. del. *prae*. p. XXVII. l. 1. *agere*, l. *aegre*. p. 13. l. 25. del. *pe*. p. 31. l. 8. del. *re*.



